Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Michael Lilienthal

Selecta Historica Et Literaria

Continuata


Regiomonti Et Lipsiæ: [Königsberg]: Impensis Henrici Boyen: Literis Reusnerianis, MDCCXIX

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1759317691

Band (Druck) Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

B. b—3065

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1759317691/phys_0003
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1759317691/phys_0005
DFG




Fig. 1.



Fig. 3.



Fig. 2.




Fig. 4.

Expl. Leibnit. Mutat. Barometri. etc.

SELECTA HISTORICA ET LITERARIA CONTINUATA.



REGIOMONTI & LIPSIÆ,
Impensis HENRICI BOYEN,
cIↃ IↃCCXIX.

LITERIS REUSNERIANIS.

INDEX OBSERVATIONUM.

I. De Philothecis, vulgo von Stamm-Büchern. M. L.
II. De Scriptoribus rerum Prussicarum. M. L.
III. De Helena Menelai ejusque Amatoribus. J. S. B.
IV. De elegantia Manuum eruditarum. T. S. B.
V. Apologia pro Conrado Tiberio de Wallenrod. J. J. R.
VI. Explicatio Leibnitiana mutationis Barometri, contra dubitationes Desagulieri adserta. G. H. R.

VIRIS

MAGNIFICO, PRÆNOBILISSIMIS, CONSULTISSIMIS atque AMPLISSIMIS,

ZACHARIÆ Hesse/

J. U. D. & P. P.

S. R. M. à Tribunalis Summi & Rerum Ecclesiasticarum Consiliis, Palæopoleos Pro-Consuli,

admirabili copula

Juris æque ac humaniorum artium Vindici;

HENRICO Witte/

S. R. M. à Consiliis Aulicis,

Musarum elegantiarumque omnium Amatori impensissimo;

MELCHIORI Lübeck/

S. R. M. à Secretis, Collegio item Commerciorum & Senatui Cnipho-fiano ab Epistolis,

Custodi litterarum librorumque solertissimo.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1759317691/phys_0009
DFG

secundum Selectorum Literariorum Tomum
Secunda quævis selectissimæ prosperitatis eventa vovens
seque & librariam rem suam
perpetuo tantorum Mæcenatum favori ulterius commendans

D. D. D.
HENRICUS BOYE,
Bibliopola.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1759317691/phys_0010
DFG

OBSERVATIO I.

DE

PHILOTHECIS

VARIOQUE EARUNDEM

USU ET ABUSU,

vulgo

Von

Stamm-Büchern.

SUMMARIA.

§. 1. *Etymon vocis evolvitur.* §. 2--5. *Variæ Philothecarum appellationes recensentur.* §. 6. *Philothecæ describuntur.* §. 7--9. *Aliæ vocis acceptiones removentur.* §. 10. *Difficultas in Philothecarum Inventorem penetrandi insinuatur.* §. 11. 12. *Origo Philothecarum spuria segregatur.* §. 13--15. *Conjectura nostra de*

Philothecarum ortu proponitur & probatur. §. 16--20. *Historia rei Philothecariæ, qua antiquitatem & propagationem ad varias Gentes, delineatur.* §. 21. *Materia Philothecarum insinuatur.* §. 22. 23. *Forma earundem externa & ornamenta varia describuntur.* §. 24. *Frontispicium Albi secundum omnia sua requisita examinatur.* §. 25. *Farrago elegantium inscriptionum, quæ in Philothecis tituli vicem sustinuerunt, adducitur.* §. 26. *Quid interne Philothecam constituat?* §. 27. *De varia variarum lingvarum inscribendi ratione recepta; quæ sit,* §. 28. *Vel solo adscripto nomine & voto,* §. 29. 30. *Vel addito symbolo, emblemate aliave pictura,* §. 31. *Vel præmisso dicto aliquo sententioso. Quo simul inscribentes* § 32. *aut Philothecarium aculeate tangunt.* §. 33. *aut alios ex inscriptis pungunt.* §. 34. *aut defensionem sui suscipiunt,* §. 35. *aut denique genium Seculi sui depingunt.* §. 36. *De more ænigmata & schemata varia Philothecis inserendi.* §. 37. *De subscriptione sententiarum in Albis facta.* §. 38. *De ordine in inscribendo observato vel neglecto.* §. 39 *Syllabus inscriptionum in Albis venuste adhibendarum.* §. 40. *Finis rei Philothecariæ generatim*

tim initio insinuatur. §. 41--44. *Deinde verò in specie pro diversitate eorum, quibus offeruntur Philothecæ, uberius evolvitur.* §. 45. *De Philotheca quadam Pietistica ejusq; fine nonnulla adducuntur.* §. 46. *Philothecæ ab utilitate sua commendantur, quæ in eo consistit, quod* §. 47.48. *Conversationem eruditam facilitent & custodiant;* §. 49. *Possessores aliosque ad virtutis studium laudabili æmulatione excitent;* §. 50. *In casu necessitatis solatium nonnunquam adferant;* §. 51. *De harmonia animorum & sententiarum, Viros claros intercedente, testentur;* §. 52. *Cogitationes aliorum, sententias, mores & affectus prodant;* §. 53. *Symbolothecæ Literariæ inserviant;* §. 54. *Ad notitiam Authorum haud parum conferant;* §. 55. *Rem denig; criticam suo modo adjuvent.* §. 56. *Res optimæ abusu patiuntur injuriam; quæ Philothecis etiam infertur, quando inservire coguntur,* §. 57. *tum mendicationi;* §. 58. *tum compotationi;* §. 59. *tum ostentationi vanæ;* §. 60. *tum denig; obscœnitati.* §. 61. *Philothecæ varia experiuntur fata; scilicet vel contemnuntur;* §. 62. *vel depravantur;* §. 63. *vel castrantur, lacerantur aut furto surripiuntur.* §. 64. *Peroratio hujus opellæ.*

§. I.



PHILOTHECA, quam vulgato sermone ein Stamm-Buch vocamus, vix quenquam esse existimo, quin, quid sit, si non ipse inspexerit, fando saltem utcunq; perceperit. Ne tamen vox græca cuidam offendiculo sit, paucis prænotasse sufficiat vocabulum natales suos Græciæ debere, & à φίλος ac θήκη deducendam esse, ita, ut Philotheca vi originationis quasi sit ἡ φίλων θήκη; quod, si latine voles reddere, ad verbum dices: *Amicorum Repositorium.* Quomodo χειροθήκη dicitur quasi χειρῶν θήκη, *manuum conditorium*; βιβλιοθήκη, quasi βιβλίων θήκη, *repositorium, in quo libri sunt collocati*; πινακοθήκη quasi πινάκων θήκη, *tabularum repositorium*, seu locus ubi tabulæ pictæ, cælatum argentum, signa, ornamenta, stragulæ & vestes reponebatur, & ita porro. Venit vero græca φιλοθήκης vox Latinis in usum, quod termino complexo, collectionem ejusmodi nominum venerandorum & amicorum in lingva sua commode exprimente, destituantur. Qua etiam de causa Philothecæ possessorem vulgo Philothecarium: i. e. *Amicorum conditorem & collectorem* appellant.

§. II. Mentem nostram sequentia vocabula reddent planissimam, quæ tanquam Synony-

ma,

ma, Philothecis respondentia, offendimus usurpata. MATTHIAS BERNEGGERUS in laudat. funebri Petri Storckii Consulis Argentor. existimat, libellum ejusmodi voce græca optime vocari posse φιλοπινάκιον. Latine scribentibus Philotheca ALBUM AMICORUM communiter vocari solet. Et *Album* quidem dicitur, quod è pura & albicante charta constet, *alluſione facta ad Album Prætoris, Album Judicis, Album Citharoedorum &c.* ut vult doctissimus Vir GUIL. SALDENUS. (*a*) *Amicorum* verò Album nuncupatur Philotheca ad differentiam Albi Academici, vulgo *Matricula* dicti, cui nomina civium jura & privilegia Academica petentium inscribunt Academiarum Rectores, quo de Au-

 tores,

(*a*) Eleganti, de libris varioque eorum usu & abusu, tractatu lib. II. cap. 3. §. 5. p. 331. qui tamen, quod obiter monemus, in eo hallucinatur, quod Album Prætoris, Judicis, &c. ita dici putet, quia tabulæ fuerunt albis literis notatæ; dicendum potius fuisset, Album inde vocari, quod fuerint tabulæ, in quibus nigro vel alio colore scribebatur, quemadmodum contra JCtos eundem errorem errantes fusiùs id demonstravit *Henr. Linck*, Jure-Consultus Altorfinus, discursu de Albo, Cap. II. §. 25. 26. qui una cum discursibus ejus de Rubro & Nigro Altorfi & Swobaci An. 1689. in 4to est impressus.

tores, CASP. THURMANNO (*b*) citati, consulantur.

§. III. Sed & LIBRI GENTILITII Philothecæ quandoque nominantur; idque forte, quia vel primum à Gentilibus, id est hominibus nobili genere satis, quos Galli hodie *Gentilhommes* vocant, (*c*) fuerunt usurpatæ, nec nisi Nobilibus & hominibus ingenuis ad inserenda nomina sua & insignia gentilitia oblatæ; vel quod ad genus & stemma probandum olim adhibitæ & tanquam Libri Gentilitii zum Geschlecht gehörige Bücher (*d*) habitæ sint. Quæ conjectura infra reddetur probabilior.

§. IV. Metaphoricæ etiam quædam in usu sunt Philothecarum denominationes, utpote cum appellantur GAZOPHYLACIA LITERARIA, ARMAMENTARIA ERUDITA, MUSÆA LITERARIA, THEATRA ERUDITORUM &c. Clariss. Vir JO LUD. HANNEMANNUS, Med. Doct. & Phil. Nat. in Aca-

(*b*) In Bibliotheca Academica Halæ An. 1700. in 4to edita, Lit. M. sub voce *Matricula Academica*, pag. 148.

(*c*) Videatur *G. J. Vossius* in Etymologico Linguæ lat. sub voce *Gens*, col. 333.

(*d*) Sic *Cicero* dixit; *Gentilitia Sacrificia*, Orat. XXX. quæ est de Haruspicum Responsis num. XV. Tom. II. Oper. p. m. 325. lin. 27. edit. Gruterianæ, Hamb. ab A. 1618. in fol.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1759317691/phys_0016
DFG

cademia Kilonienſi Profeſſor, Leopoldinæ Societatis Naturæ Curioſorum Collega, Neſtor II. dictus, exiſtimat, *convenientius honorificentiusq; nomen Albo dari non poſſe, quod magis in honorem inſcribentium vergat, memoriamq; cum elogio decantet, quam hoc nomen:* ARA MNEMOSINES, Auguſtis, Venerandis, Suſpiciendis atqve Colendis &c. Sacra. *Ara*, pergit, *eſt organum ſacrum, in quo ſacrificia fiunt; ſic quoq; quaſi horum magnorum Virorum nominibus noſtra in perpetuam nominis recordationem officia immolamus, quantique à nobis æſtimentur indicamus.* (e) APIARIUM venuſte Philothecam vocat Poeta ſummus, ſalibus & facetiis ubique diffluens FR. TAUBMANNUS, (f) eamque in rem elegantem affert inſcriptionem.

§. V. In lingva noſtra vernacula Philothecæ vulgo audiunt Stamm-Bücher & Stand-Bücher, eadem fortè de cauſa, ob quam Libros Gentilitios illas dici modò inſinuavimus. Quamvis verò vox Stamm-Buch nec vim vocis græcæ Φιλοθήκης exprimat, nec finem rei philothecariæ, ut hodie quidem obtinet, involvat; per-

(e) In alloquio ad Reſpondentem Diſſert. de naturæ Phœnice ſeu de Palingeneſia, Kiliæ anno 1710. publicæ.

(f) In Philotheſia, quæ extat in ejuſdem Melodæſia ſive Epulo Muſæo Lipſiæ An. 1604 in 8vo pag. 512.

vulgato tamen usu recepta est, atque hinc à nobis in rubro Schediasmatis nostri adhibita. Alias etiam Philothecæ Gesellen-Bücher dicuntur, sive quod à juvenibus usurpentur, sive quod sodalibus offerantur; item Andenck-Bücher / vel Gedenck-Büchlein / à fine intento, & forte etiam aliter.

§. VI. Sunt autem Philothecæ *libelli è pura charta aut tenerrima membrana constantes, in quos clari Viri & Amici nomina sua, præmisso plerumq; dicto aliquo sententioso, adjecto etiam haud raro symbolo, emblemate aut alia imagine referunt, idq; vel in honoris & existimationis erga possessorem documentum, vel memoriæ suæ pariter ac rerum inter se gestarum, nec non vitæ ac studiorum in Philothecario commendationem, vel etiam benevolentiæ ac amoris mutui testimonium.*

§. VII. Reperio tamen & aliud quid præter collectionem autographorum Philothecæ appellationem quandoque sustinuisse, & à quibusdam ein Stamm-Buch dictum esse. Memorat pientissimus pariter ac facundissimus Theologus M. CHRISTIAN. SCHRIVERIUS, (g) daß eine Christliche Matron ihr die vornehmsten Kern-Sprüche der Schrifft und anderer geistreichen Männer hätte in ein Büchlein zusammen getragen / welches sie ihr Stam-Buch genennet / so

(g) In denen zufälligen Andachten / Cent. I. num. 52. p. 84.

so sie offtmahls durchblätterte/ und/ wie sie gesagt/ niemahlen ohne sonderen Nutzen. Rectè tamen denominationem illam laudatus Scriverius piam simplicitatem, eine gottselige Einfalt/ appellat.

§. VIII. Nec desunt, qui cœlestem illum *Librum Vitæ* in Scriptura toties memoratum, cui nomina fidelium inscripta sunt, Albi nomine insigniunt, adeoque DEo Philothecam quandam, quamvis impropriè & humano loquendi more assignant, quo inprimis locum Malach. III. 16. referunt. Eò, ni fallor, tendit Poëtarum Germanicorum Parens, MARTINUS OPITIUS,*(b)* quando inter alia in hunc modum canit:

* * * * * * * *

Ist also lobens wehrt/ daß sich ein Freund verspricht
Dem andern hold zu seyn hier durch der Feder Pflicht/
Doch muß man solche Treu auch in das Hertze schreiben.
Denn wo der Sinn nicht ist/ da bleibet nur die Hand/
Der Mund und das Gesicht ein ungewisses Pfand/
Rechtschaffen meynen heist recht fördern und recht lieben/
Wie **GOTT** uns selber liebt/ der auch ein
STAMM-BUCH hält/
In welches der/ so Ihn für allem auf der Welt/
Von gantzer Seelen ehrt/ steht oben angeschrieben.

At verò si cœlestia cum terrenis componere fas est, putarem Librum Vitæ longè commodius cum

(*b*) Lib. III. der Poetischen Wälder/ p. m. 184.

Albo Civium quam cum Albo Amicorum comparari posse; quandoquidem is catalogus quidam eorum est, quos DEus ad vitam gratiæ ita delegit, ut propter Christum fide apprehensum pro filiis DEi computentur, & in Album Civium civitatis sanctæ inscripti, in ea vivant, omnibusque juribus & privilegiis civibus Ecclesiæ competentibus fruantur, docente D. JOH. FECHTIO. (*i*) Quæ in Album civile magis quam Philothecam quadrare quilibet facile animadvertit.

§. IX. Pia denique meditatio est M. JOH. SAM. ADAMI, qui sub *Misandri* nomine per πολυγραφίαν suam hactenus innotuit, quando in Deliciis Biblicis V.T. (*k*) Scripturam S. Album suum, sein Stamm-Buch, vocat, variaque hanc in rem Lectori non ingrata congerit: qualia schemata Homiletis modernis non sunt inusitata, quibus, ut suo abundent sensu, facile permittimus. Nos interim tales similesque libros sub Philothecis hac vice comprehensos esse nolumus, quin potius longè hinc removemus, utpote ab instituto & scopo nostro prorsus alienos.

§. X. Ipsam de Philothecis tractationem orsuris ante omnia in natales illarum inquirendum erit; his enim probè cognitis de re ipsa eò rectius

(*i*) In Philocal. Sacr. thesibus Biblicis, §. 14. pag. 16.

(*k*) Tom. XV. Anno 1704. p. 956. seqq.

ctius judicium ferri poterit. Investigantes vero, quis primus Philothecarum fuerit Autor, profiteri necessum habemus id nos scire æque ac ignarissimi. Quemadmodum enim nihil difficilius est, quam in origines rerum, quæ vetustate ferè obliteratæ sunt, penetrare: sic eadem sæpe difficultas circa rerum novarum origines repetendas sese offert; ubi mirum profectò est, plurima dari inventa plane recentia & maxime cognita, quorum inventores non traduntur, sed in densissimis latent umbris, sicut hoc POLYD. VERGILIUS, Urbinas, (l) exemplis variis perspicuè demonstravit.

§. XI. Utut vero hoc pacto de primo Philothecarum inventore certi quid statuere haud possimus, minimè tamen ab illorum stamus sententia, qui rei philothecariæ studium ad antiquissima usque rejiciunt tempora. Quin potius firmiter persvasi sumus, morem in fasciculum colligendi Virorum clarorum & Amicorum autographa esse inventum planè recens & ultra Proavorum nostrorum ætatem vix exsurgere; cum apud Scriptores antiqui & medii ævi nihil prorsus, quantum mihi quidem constat, de hoc instituto occurrat. Equidem Amicus quidam æstumatissimus, quocum Rostochii me conversatum esse semper lætabor, data aliquando occasione arbitrabatur, se vestigium hujus consvetudinis in ipso Ju-

(l) De rerum Inventoribus, lib. III. cap. 18.

Judæorum TALMUDE (*m*) inveniſſe, in quo ſequens occurrat effatum : לא יפטר אדם מחבירו אלא מתוך דבר הלכה שמתוך כך זוכרו : i. e. interprete WAGENSEILIO : (*n*) *nemo à Socio diſcedat, niſi inter medium aliquod ſapiens dictum ; ſic enim eveniet, ut ſemper ſui ſervet memoriam.* At nullo hactenus indicio probare mihi potuit, hæc ipſa ſapienter dicta in peculiare volumen à ſociis fuiſſe relata ſcriptove conſervata ; quod tamen ad formale Philothecarum pertinere exiſtimo. Quamvis cæteroqui diffiteri nolim teſtimonium hoc talmudicum finem ſtudii philothecarii eleganter ſatis exprimere.

§. XII. Cogitationem aliquando ſubiit, numne antiquitati Philothecarum è literis commendatiis in primitiva Eccleſia perquàm familiaribus lux affundi poſſet? Sciunt nimirum curati Eccleſiaſticæ Antiquitatis ſcrutatores, obtinuiſſe quondam hunc ritum, ut peregrinaturi, ſive Clerici eſſent ſive Laici, literas commendatorias ab Epiſcopis acciperent, quibus prolatis, veluti hoſpitalitatis teſſera (*o*) muniti, ubivis locorum ab

(*m*) Tract. Erubhin, fol. 64. a. Edit. Amſtelod.

(*n*) Comment. ad Sota, p. 48.

(*o*) De hac hoſpitii teſſera legatur *Phil. Priorius*, de literis canonicis, VI. pag. 14. *Jac. Phil. Thomaſinus*

ab æquè Catholicis continuò agnoscebantur & veluti fœderati comiter excipiebantur. Atque hinc literæ hæ, teste FRANCISCO BERNHARDINO FERRARIO (p) Mediolanensi, interdum *Viaticum* dicebantur, quod qui iis peregrinabatur instructus, tanquam perpetuis viæ sumtibus donatus benignè ubivis susceptus fuerit. Dubitare nos hoc de Veterum more non sinunt AUTOR CONSTITUTIONUM APOSTOLICARUM, (q) COLLECTOR CANONUM APOSTOLICORUM, (r) SOZOMENUS, (s) GUIL. BEVEREGIUS (t) aliique, quorum testimonia CAR. FRID. PEZOLDUS (u) & D. JOH. HEINR. HEDIN-

---

masinus, Episcopus Æmonienſis, de tesseris hospitalit. cap. 16. & doctiss. JCtus *Joh. Schilterus*, Dissert. de jure hospitii, quæ adjecta est manuductioni ejus ad Jurisprudentiam §. 28. seqq.

(p) De antiquo Ecclesiasticarum Epistolarum genere lib. I. cap. 9.

(q) Lib. II. Cap. 58.

(r) Can. XXXIII.

(s) Hist Eccles. lib. V. Cap. 16.

(t) In Pandectis Canonum, notis ad Canon. XI. Chalcedon.

(u) Dissert. de literarum commendatitiarum utilitate, Lips. 1698. edita §. 15.

DINGERUS (x) adduxerunt. Sed nec hic tuto pedem figere accuratior rei ponderatio permittebat. Utut enim supra, in Philothecarum descriptione, finem illarum etiam commendationem Possessoris nominaverim, illam tamen, utpote generalem tantum, aliam esse à commendatione speciali, quæ mediantibus literis fit, per se facile patet. Deinde literis illis Veterum commendatitiis, in schedis solutis exaratis, Episcopus solum unus aut alter subscribebat, minime verò Catholici omnes, quorum hospitio peregrinantes utebantur, nomina sua adjiciebant; nec tam recordationis gratia quàm in viaticum dabantur: quæ omnia vix, ac ne vix quidem cum Philothecis nostris componi possunt.

§. XIII. Quodsi in rebus obscuris & dubiis conjecturæ locus est, originem mori in Philothecas colligendi clarorum Virorum & Amicorum chirographa Nobiles dedisse autumo. Nimirum fieri quandoque potuit, ut nobilitas cujusdam genuina in dubium vocaretur; quô casu Nobiles, ut suas genealogias probarent, libros gentilitios sibi compararunt, quibus diplomata, insignia & stemmata sua paterna æquè ac materna inseruêre, eosdemque consangvineis suis, ut idem fa-

(x) In disquisitione de literis commendatitiis, occasione dicti Paulini 2. Cor. III, 1. Gissæ 1699. publicata §. 7. 8.

facerent, fortè obtulerunt. Notum certè est, duobus abhinc, & quod excurrit, seculis, inprimis Maximiliani I. Imperatoris tempore genealogiæ studium de luto, in quo antea ferè demersum fuerat, rursum surrexisse. (y) Et licet nullus tunc existeret, qui ortum & genealogias illustrium familiarum ex professo scripto prosecutus esset, deprehendimus tamen neminem ad ludos equestres, vulgo Torneamenta dictos, admissum fuisse, priusquàm documentis genealogicis nobilitatem suam Præfectis Torneamentorum probasset iisdemque fidem Nobilitatis suæ à quatuor utriusque lineæ Avis fecisset, quo de *Franciscus Modius* (in Pandectis Triumph. Tom. II. L. I. fol. 9.) PHIL. JAC. SPENERUS (z) & MICHAEL PRAUNIUS (a) consuli possunt. Scriptis igitur documentis opus erat, & talibus quidem, quæ uno intuitu diplomata, insignia, arbores consangvinitatis & stemmata gentilitia ludorum equestrium Moderatoribus sisterent, quibus sæpè tantum temporis non supererat, ut genealogiam omnium Equitum ferò nonnunquam aut casu advenientium operosè investigarent.

(y) Vide *Christophorum Pezelium*, Mellificii Historici, Part. III. cap II. p. 306. & *Joh. Wolffgangum Rentschium*, im Brandenburgischen Cedern-Hayn/ part. I. cap. 7. p. 243.

(z) In Theatro Nobilitat. Europ. part. I.

(a) Cap. X. des Adel. Europæ, p. 147.

garent. Atque hinc fortassis consvetudo invaluit, ut Nobiles documenta illa in librum quendam colligerent, quem, si controversia iis de genealogia sua moveretur, præstò ad manus haberent, nobilitatis suæ antiquæ testem omni exceptione majorem.

§. XIV. Suspicamur ergo Philothecas ex his Nobilium libris genealogicis originem suam traxisse; cui conjecturæ insigne robur è pervulgato Philothecarum nomine accedit, quo *Libri Gentilitii*, & germanicè Stamm-Bücher dicuntur: cujus denominationis, ut supra jam monui, ratio nulla alia quàm hæc dari potest, quod Libri quidam ad genealogias probandas quondam adhibiti fuerint. Unde & liber genealogicus & Stamm-Buch pro synonymis sæpe usurpantur; quomodo GVIL. BUDÆUS, Halberstadiensis, Genealogiam Principum & nobilium familiarum Saxoniæ ANDR. HOPPENRODII, Argent. 1570. fol. excusam, germanico nomine ein Stamm-Buch vocat. (*b*) Accedit & hoc, quod in antiquissimis Philothecis, quarum permultas oculis usurpare licuit, Nobiles, quoties nomina sua inscripserunt, toties insignia sua, eaque sæpè soli-

(*b*) Apud *Jac. Fridr. Reimmannum*, in Historia Literario-Genealogica, Sect. II. p. 134. editionis posterioris. Prostat etiam PETRI ALBINI, Stamm-Buch des Hauses Sachsen Lips. 1602. 4. edita, qui liber mere est genealogicus.

solitaria absque symbolo aut sententia adhibita, inseri curaverint, documento satis probabili in Nobilitatis & genealogiæ demonstrationem olim ondam libris inscriptum fuisse. Confer TENZELII Curieuse Bibl. Repos. III. p 161. seqq. Sed, ut diximus, pro mera hæc venditamus conjectura, de qua quilibet, quid velit, sentiat.

§. XV. Studio hoc Nobilium deinceps excitati homines civici, simile quid laudabili æmulatione tentarunt. Inprimis verò peregre proficiscentium cura laborque in Philothecis concinnandis desudavit, quas initio fortè Parentibus & Consangvineis suis tantùm, ad inserenda nomina symbola & insignia sua obtulerunt, ut, si fortè in exteris oris pedem figerent aut fato defungerentur, haberent tamen vel post se relinquerent generis & familiæ suæ notitiam. Consangvineis mox Amicos associarunt intimos, quorum memoriam sartam tectamque sibi servandam esse putabant. Denique Viros etiam illustres, Mecænates, Patronos, Præceptores & quoscunque erud tos aut claros in Albo suo extare cupivêre, ut quibuscum aliqua notitia sermoque sibi intercesserit, quibusve in locis & quo tempore illud factum fuerit constaret. Atque sic tandem in eam formam, in qua hodie conspiciuntur, Philothecas coaluisse existimo.

§. XVI. Erit mihi magnus Apollo, qui Philothecam quandam ostendere poterit tempora Reformationis evangelicæ vetustate sua excedentem.

tem. Ut enim omnis elegantior literatura felici hac temporum periodo nimium quantum efflo-ruit, (*i*) ita & peregrinationem doctam ac cum Viris eruditis conversationem, ejusque custodem rem philothecariam ea ætate vires ac robur accepisse dicendum est. E primis ergo procul dubio Albis sunt, quæ Lutheri, Melanchtonis, Bugenhagii, aliorumque illius ævi clarorum Virorum nominibus & symbolis superbiunt, cujusmodi inter Bibliothecæ Rudolpheæ Helmstadiensis *κειμήλια* reservari Clariss. Vir HERMANNUS von der HARDT (*k*) testis est. Sequentibus autem temporibus frequentior illorum invaluit usus, adeò, ut & typorum beneficio prodirent elegantes sententiæ & acutè dicta è Philothecis, in quas scripta erant, excerpta. Recenset collectiones hujusmodi MART. LIPENIUS, (*l*) quibus addi potest JAC. GERSCHOVII, J. U. D. & Poës. in Academia Pomeranorum Prof. *Proverbiorum*

(*i*) Confer *Illustr. Seckendorffium* in Historia Lutheranismi, lib. III. §. 117. adde, si meretur, Consultationem nostram, de Hist Lit. certæ cujusdam gentis scribenda Sect. IV. Cap. 2. §. 3. p. 227. seqq.

(*k*) In Oratione de memorabilibus Bibliothecæ Helmstadiensis, quæ reperitur in *J. A. Schmidii* nova accessione de Bibliothecis, p. 286.

(*l*) In Bibliotheca Reali Philos. sub tit. Album, p. 27.

orum Arabicorum, distichis latinis expressorum, centum Academicorum Apodemicorum Albis inscriptorum Centuria Locmannica; (*m*) nec non CONR. MATTHIÆ, *Libellus Philicus, seu Album Amicorum*; (*n*) item NATHAN. DUESII, lingvæ Gallicæ & Italicæ Magistri *Manieres d' ecrire és livres d' Amis*, (*o*) in quo libello breviusculas quasdam formulas gallicas, in Albis Amicorum venustè adhibendas, tradit, & si quæ sunt aliæ hujus farinæ collectiones. (*o*) Prostat etiam der Studenten und Soldaten teutschen Stam-Buchs 1. Theil/ darinnen 300. außerlesene politische und militarische Sententzen / Lehren und Sprüche aus der Studenten und Soldaten Stam-Büchern zusamen getragen durch JOH. EURICUM CHORION. Danzig. 1644. in 16. Taceo apud Poëtas superioris seculi (*p*) frequen-

(*m*) Prodiit libellus Gryphiswaldiæ 1635. in 8.

(*n*) Prostat Marpurgi 1640.

(*o*) Additus est libellus hic ejusdem Epitome dictionum æquivocarum & ambiguarum in lingva Gallica, Lugd. Bat. 1651. in 12. impressæ.

(*p*) Consule inprimis *Frid. Taubmanni* Melodæsiam, p. 511. seqq. ubi XL. invenies inscriptiones; item ejusdem Schediasmata Poëtica innovata, Epigramm. lib. I. p. m. 614. 691. lib. II. p. 756. lib. III. pag. 790. 803. 805. 821. &c. E Poëtis germanicis Pauli Flemmings Poëmata, pag. 55. 59. 89. 191. 273. 560. 593. &c.

quentissimè inscriptiones, Albis Amicorum insertas, occurrere, quæ studium hoc eo tempore satis vulgatum fuisse testantur.

§. XVII. Quam maximè autem, hac nostra præsertim & Patrum nostrorum ætate, multos in hoc studiorum & curiositatis stadio decurrisse, experientia tantum non quotidiana edocemur. Etenim non solum Studiosis & aliis peregrinantibus Philothecæ fuerunt familiares, sed & ipsimet Reipublicæ literariæ Primates, Viri omnium consensu doctissimi, tales sibi invicem in amicitiæ tesseram offerre libros non dubitarunt. Patet hoc exemplo JOH. FRID. GRONOVII, Polyhistoris quondam in Belgio celebratissimi, cui CLAUDIUS SARRAVIUS, Senator Parisiensis, scribit: *Tibi Viro summo, omni virtute præstantissimo, omnigenæ doctrinæ thesauro, Musarum corculo, delitio meo fraterno, amico conjunctissimo, amicitiam æternum duraturam, obsequium nunquam defuturum polliceor ego tuis magnis meritis. Hæc postrema verba Albo tuo inscripsi, gaviso quod sum, dum me magnis Principibus admixtum vidi. Quotquot scilicet illustria nomina universa habet Europa, pellibus exiguis arctasti.* (q) Similiter HUG. GROTII elegantissi-

(q) Epistol. XXXV. p. 36. ex edit. Burmanni. De Fr. Taubmanni Albo rarissimo vide TENZELII Cur. Bibl. Repos. I. p. 181. De Philotheca

tissimum Epigramma, Albo Amicorum JOH. RUTGERSII inscriptum, inter hujus poëmata (r) apparet. Magis verò mirum est Mercatorum quoque nonnullos & Artificum ingenuorum, inprimis chirurgiæ, artis pharmaceutices & pictoriæ cultores Philothecas haud raro usurpare, imo nec Opificum quosdam illas prorsus negligere. (s) Quam rem multis ansam dedisse autumo, ut rei philothecariæ studium vel neglexerint, vel minus commendaverint, animadvertentibus illud nimis familiare redditum, Lippisque & Tonsoribus, quod ajunt, usitatum esse. Hoc tamen non obstante alii Philothecas alere ideò non intermittunt quod frequentes nimium existant; quin potius eò curiositas quorundam processit, ut pro diversitate objecti diversas etiam sibi conficiant Philothecas, alias offerendas Principibus & Magnatibus; alias pro Eruditis & hominibus claris varii status & conditionis; iterum alias exhibendas Studiosis & Amicis sibi familiaribus; interdum etiam peculiares pro fœminis virtute aut eruditione conspicuis. Utplurimum

theca Casp. Scioppii consulas velim Catalogum Scriptorum Scioppii, præmissum Grammaticæ Philos.

(r) à *Nicol. Heinsio* cum propriis Amstelod. 1666. in 8. edita, p. 343.

(s) In Saxonia inprimis, Franconia & Suevia tale quid satis frequentatum est.

rimum tamen uno omnes complecti volunt Albo, quod omnibus promiscuè offerre solent.

§. XVIII. Fuit verò hoc autographa Clar. Virorum & Amicorum in Philothecas colligendi studium Germanis aliquamdiu ferè proprium. Unde MART. ZEILLERUS (*t*) rectè pronunciat: Die Außländer achten sich der Stand-Bücher nicht viel: aber die Deutschen haben vielfältig im Brauch solche auff ihren Reisen mit ihnen herumb zu führen. Idem tanquam peculiare quid in Germanis observat summisque effert laudibus ex Italis JULIUS BELLUS, Justinopolitanus, his verbis: *in lustrandis urbibus plagisque diversis novi plerosque, nescio an frequentius quam Germanos, qui libellum penes se habent, in quo nomina, cognomina, patrias, stemmata & insignia eorum, quibuscum versati fuerunt, quibusve aliquid se debere putant, inscribunt. Generosè factum, cum laudabili à majoribus suis tradito more utantur, apud quos hospitalitatis & amicitiæ nomen sanctum fuisse testatur* JULIUS CÆSAR. (*u*) Causa hujus rei hæc esse videtur, quod nulla fere natio frequentius ad mercaturam literariam in exteris oris exercendam Virosque doctos inibi conveniendos, iter faciat quam Germanica, notante

(*t*) Im Hand-Buch part. I. pag. 112.

(*u*) In Hermete Politico, sive de peregrinatoria prudentia, lib. II. p. m. 142. edit. Francof. 1608.

tante ROLANDO MARESIO (x) homine Gallo, iniquo alias Germanorum censore.

§. XIX. Nostris tamen temporibus Exteri quoque Germanorum hac in parte vestigia legere pudori sibi non duxerunt. Equidem à primis Philothecarum incunabulis nomina sua iisdem, sibi oblatis, inscribere non detrectarunt: in hoc tamen aliquanto serius sapuisse deprehenduntur, quod haud ita pridem demum ipsimet Philothecas habere aliisque offerre didicerint. Apud Batavos res extra omnem est controversiam, quemadmodum testatur libellus belgico idiomate editus sub titulo: *Koddige en Ernstige Opschriften op Luyffens, Wagens, Glatzen, Vithangborden en andere Taferelen.* (y) Sive: *jocosæ*

(x) Lib. I. Epist. 43. quæ est ad Nicol. Heinsium.

(y) Aliquoties libellus iste impressus est, ultima vice Amstelod. 1709. in 8. Quatuor absolvitur partibus, in quarum præfationibus Collector se *Jeroen Jeroense* appellat, & instituti sui rationem, in præfatione Part I. præmissa, his exponit verbis: *Hier in zullen u veel aardige consepten, geestige rymeryen, en bystere inventien voorkomen: Onder welke ook eenige zyn daar zo wat van de grove roffel en van sint Ann' onderloopt, dat wy onmogelyk hebben konnen vermyden, als wy u doorlugtige herssenryke consepten natuurlyk zou-*

den

& seriæ inscriptiones in porticus, atria, rhedas, fenestras, vitra, & varias tubulas &c. utpote in quo variæ comparent è Philothecis Batavorum excerptæ inscriptiones. (z) Quid, quod studium rei philothecariæ magis hodie inter Batavos quàm Germanos excoli compertum mihi sit. Cùm enim in nupera mea in Belgio fœderato peregrinatione Eruditos in Academia Franeckerana compellarem, & sub discessum Album meum illis offerrem, mirari satis non potui, Viros quosdam doctissimos non solum hoc Germanorum peregrinantium institutum valdè approbasse, sed &, quod nemo popularium fecit, viciſſim suas mihi obtulisse Philothecas, ut in conversationis cum illis habitæ memoriam nomen meum levidense

den doen zien en mededeelen. Veele van zeer grove, plompe, vuile en slordige slach, hebben wy gantsch verworpen en terug gehouden: en sommige andere, die 't konden lyden, nog wat hervormt en een vygeblaadjen voor gedaan. Utut vero libellus hic suum quodammodo usum habeat, cum ingenium Belgarum quandoque acutum, sæpe etiam lepidum inde eluceat; fatendum tamen insimul est, multa asotica, obscœna & scandalosa in illo contineri, quo inprimis tabulæ nonnullæ æneæ, collectioni huic hinc inde insertæ, spectant, castos oculos nimium quantum offendentes.

(z) Vide inprimis Part. I. p. 62. & 66. Parte II. p. 12. & 71. Parte IV. p. 102.

se iisdem inscriberem. Erant illi, quantum memini, Dn. JOH. van der WAYEN, Theol. D. & Prof. ac Orator sacer Academicus, & qui primo loco erat nominandus, Vir mea laude superior JACOB. RHENFERDIUS, Lingv. Orient. Professor celeberrimus. Hic cum natione Germanus sit, studium hoc Eruditos in Belgio docuit: & quod inprimis notabile est, ita Philothecam suam instruxit, ut ad singula nomina à peregrinantibus libello suo inserta post abitum illorum judicium aliquod ab omni partium studio alienum de eruditione, studiis & moribus illorum, sibi in conversatione exploratis, adscribat: qua ratione se omnium optimè hospitum recordari posse existimat.

§. XX. Alias Nationes quod attinet, dicendum est nec illas rem Philothecariam prorsus negligere. Sveci certe & Dani in Germaniæ Academias advolantes, plerumque libris ejusmodi reperiuntur instructi. Italos etiam hunc servare morem testis ejus rei αὐτόπτης DANIEL GVILH. MOLLERUS, Professor Altorfinus per literas me edocuit. De Gallorum aliorumque Europæ populorum cura circa Philothecas certiores sine dubio essemus, si Academias Germanorum peregrinatione docta visitarent, quod tamen rarissimè fieri experientia testatur. Memini me Anno 1708. in Bibliotheca Altorffina librum quendam vidisse elegantissimum, constantem ex foliis vitrum subtilissimum, vel aliam ma-

teriam pellucidam ambitu suô comprehendentibus. In hanc materiam, nescio quô artificiô, sententiæ ex Alcorano ductibus aureis & argenteis erant relatæ. Referebat Bibliothecæ Præfectus, modo laudatus Dn. MOLLERUS, esse libellum illum Philothecam Turcicam; quod, si exploratum esset, mirum profectò existeret etiam in dissitis terræ partibus studium Philothecarium suos indeptum esse cultores.

§. XXI. Historiam Philothecarum, qua originem & propagationem illarum ad varias gentes hoc modo perlustratam, justo insequuntur ordine illa, quæ constitutionem earundem ingrediuntur. Dictum verò supra est, Philothecas esse libellos è pura & albicante charta consutos; quô ipsô materiam illarum haud obscurè indicavimus, quæ communiter quidem papyrus existit, eaque nitidissima, & tantis nominibus recipiendis digna. Offendimus tamen foliis papyraceis membranas etiam, quas vulgo pergamenas dicunt, multoties esse intersertas, imaginibus & emblematibus adpingendis destinatas. Rariùs autem conspiciuntur lintea serica plagulis chartaceis intermixta iisdemque picturis dicata, nisi quod mentionem hujusmodi Albi faciat JOHANNES MICRÆLIUS (a) & ex eo MARTINUS ZEILLERUS (b) scribens: Hertzog Philippus in Pom-

(a) Lib. IV. histor. Pomeran. pag. 100.
(b) In Manuali, Part. I. pag. 111.

Pomern / der des Jahres 1618. gestorben / hat ein statlich kostbares Stand-Buch gehabt / darinnen er der bey seiner Zeit regierenden Käyser / und meistentheils Christlicher Könige / Chur- und Fürsten Handschrifften neben ihren Wappen / Reimen und einer Biblischen Figur / durch die berühmteste Mahler auff das allerkünstlichste auf Pergament und Seiden / das Stück für 100. und mehr Reichsthaler gemahlen / zusammen geschaffet. Si quid aliud forte chartæ vicem in Philothecis sustinuit, id conspectum nostrum hactenus non subiit.

§. XXII. Consultum fuit primis temporibus albas chartas Autoribus symbolorum & emblematum, quales fuêre tum Paradinus, Sambucus, Alciatus, Reusnerus &c. inserere, quibus nomina Amicorum inscriberentur. Sæpius hæc talia occurrunt inter libros, qui sub hastâ publicâ venduntur: raro tamen adverti istud in Catalogis expressum. Ipse ego memini vili mihi pretio addicta esse Paradini Symbola, quibus in Philothecam adaptatis possessor extantiora sui temporis nomina collegerat. Erant inibi omnium Professorum Wittebergensium nomina, Lutherum tamen non reperi, credo jam defunctum fuisse, aderat tamen Melanchton. Scaliger nomini suo illud Virgilii apposuerat: *Fuimus Troes, fuit Ilium.* Taubmannus Symbolo Paradini, quod Erasmi terminum exhibet cum lemmate: *Cedo nulli*, è regione adscripserat: *at ego omnibus.* Rollenhagen

gen symbolo Phœnicis, fabulæ refutationem satis longam subjecerat. Reperi alio tempore Camerarii Icones Virorum Doctorum similem thesaurum comprehendentes In fronte fere Salmasius nomen scripserat, ingenti spatio ab eo dimotus circa finem Heinsius, ita ut & hinc dissidia agnoscas.

§. XXIII. Occupata semper fuit veneranda Antiquitas in libris, quos in pretio habebat, omni ornatus genere illustrandis Unde de externo voluminum habitu multum sollicita, ad pompam illa haud raro composuit, pretiosisque phaleris paulò studiosius ornavit, quemadmodum hæc ex scriniis antiquariis prolixè pariter ac eruditè demonstravit CHRISTIAN. GOTTL. SCHWARTZIUS. (c) Nec minus, cùm posterioribus seculis usus compingendi libros invalesceret, luxui aliquid datum fuit. Sæpè enim libros, sacros inprimis, auro onerabant potius quam ornabant, pretiosissimisque involucris tegebant, ut eo magis externo placerent aspectu; quo de more Viri doctissimi JOH. ANDR. SCHMIDIUS (d) & ERN. SAL. CYPRIANI (e) consulantur. Idem quoque nitor & elegantia

(c) Disp. II. de Ornamentis librorum apud veteres usitatis, Lipsiæ 1706. edita, §. 15. seqq.

(d) Dissertat. de cultu Evangeliorum, Jenæ 1692. publicata.

(e) In selectis Programmatibus, Coburgi 1708. in 8. junctim editis, num. 6. pag. 40. seqq.

gantia in Albis exornandis ab illorum plerumque observata fuit possessoribus. Videas enim nonnullos solicitam formæ exterioris circa Philothecas habuisse curam, quam vel oblongam, vel quadratam, vel etiam rotundam; item vel majorem, vel minorem, vel minimam, denique vel simplicem, vel duplicatam extare voluerunt. Observes splendidam, & quidem vel gallicam, vel italicam, vel anglicam adhibitam esse ligaturam, munditie sua tactum sæpè fugientem & vel clausuris vel ligamentis pretiosis constrictam. Cernes ibi extremitates chartæ ut plurimum deauratas, nec non tegumenta, vel acu picta, vel è corio confecta, quæ ad vestis instar Philothecis, puritatis causa, injiciuntur. Quem Alborum ornatum antiqvum satis esse FRIDR. TAUBMANNUS (*f*) ostendit, in honorem Philothecæ Petri Hagii Henneberg. ita canens:

ALBUM, Petre, tuum hoc inusitato
Pompa nobilitatur apparatu:
Neverunt tibi Seres involucrum:
Argentique tumore pustulati
Bullæ luxuriant & umbilici.
Hâc tu scilicet allici fideles
Majestate libri putas amicos.
O sic confieri queant amici!
Non esset nimius mehercle, sumtus.
Si quis Dalmatici valoris auro,

Ac

(*f*) In Melodæsia, pag. 517. 518.

Ac gemmis Arabum, ſacrâque byſſo,
Hu morum tenebris, pararet ALBUM.

§. XXIV. Frontiſpicium plerarumque Philothecarum referre ſolet inſignia Poſſeſſorum nitide delineata; id quod iterum noſtram de origine illarum conjecturam, ſupra propinatam, non parum confirmat. Nonnunquam etiam locum natalem picturâ expreſſum Albo ſuo præmittunt peregrinantes, ut eo contemplato, ſibi aliquando in dulcem redeundum eſſe Patriam, recordentur. Nam & hic obtinet tritum illud.

Neſcio, qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Alii verò in gratam beneficiorum alicubi partorum commemorationem imaginem, vel Academiæ cujusdam, in qua moribus ac ſtudiis enutriti fuere, vel Urbis, quæ tutum iis præbuit receptaculum, Philothecis ſuis præfigunt, cogitantes illud OWENI: (*g*)

Illa mihi Patria eſt ubi paſcor, non ubi naſcor;
Illa ubi ſum notus, non ubi natus eram.

Inprimis autem mos vulgo obtinet, ut ſub initium Philothecarum Poſſeſſores earum titulum Libelli, nec non nomen, Patriam ac Symbolum ſuum aureis aliisque diverſi coloris inſcribant literis. Cujus inſtituti hic eſt uſus, quod Viri, quibus Album ſuum offert Philothecarius, etiamſi quid libro iſto velit, neſciant, ex inſcriptione

(*g*) Epigramm. Libr. III. p. m. 165.

one tamen & rubro mentem ejus ac desiderium protinùs animadvertere possint; nec opus habeant de consvetudine sibi incognita in antecessum informari. Nomen verò & locum natalem merito adjicit Albi Possessor, ut alios à tædioso sciscitandi labore immunes præstet, iisquè omnem præscindat ansam nomen suum, si illud fortè in voto adscribendo exprimere velint, mutilandi ac perperam exprimendi. Retulit mihi aliquando Studiosus quidem honestus, se Viro docto Philothecam suam obtulisse, qui, cum illam evolvisset, nequè nomen possessoris in fronte ejus reperisset, inscriptionem denegaverit, dicendo: se nescire quocum sibi res sit, num cum homine probo an improbo? nequè adeò se quicquam posse in laudem aut vituperium ejus inserere: sed suspicandum sibi esse, latere hic aliquid fraudis, quod nomen suum celare sustinuerit. Quam suspicionem Studiosus quidem ex animo alterius sustulit, quamprimum tamen in diversorium rediit nomen suum, & Patriam Albo suo præmisit.

§. XXV. Dum de inscriptionibus Philothecarum agimus, non ingratum forte erit Lectori curioso quasdam illarum, si non ad imitandum modo ad legendum, hic invenire. Ex FRIDR. TAUBMANNO sequentes liceat adponere.

Pascere vis oculos? ecce hic Emblemata miro
Artificis cælo vermiculata vide!
Pascere vis animum? sub scalpti Emblematis umbrâ
Abdita doctrinæ pulchra Reperta lege.

Offero

Offero in hoc uno tibi, Lector, utrumque libello.
Si placet, exemplum quæso imitare meum:
Hicque characteras Calamique Animique figura.
Mutua sic nostri res erit officii. (*h*)

* * *
* * *

Rasa tabella meus Liber est, sed idonea pingi.
At nisi qui bonus es, pingere nemo potes.
Pinge Manûs Animique typum vel Stemmatis.
ALBUM est,
Hocipso ejicitur nomine, qui NIGER est. (*i*)

Aliorum Philothecis, quarum copia ad Amicis honoratissimis mihi facta est, sequentes satis elegantes præmissas vidi inscriptiones:

Nec cadat interitu cum corpore Nomen eodem
Ceu mihi, sic alius, vindex hic esto libellus;
Quem seu Mæcenas placidus, seu Fautor amicus
Excipis, ut digitis dignere favcntibus oro.

* * *
* * *

Hic liber ingenuis est consecratus amicis,
A quibus est fucus spurcitiesque procul;
Quos mihi conjunxit favor & constantia virtus,
Dexteritas, candor, vita modesta, fides.
Illorum ne me capiant oblivia quondam
Si nos diversos hora locusque trahant,
Ut mihi quisque suum nomen manumq; referret
Hæc est in talem charta plicata librum.
Adsis ergo libens, sincero pectore servas
Quisquis amicitiæ fœdera sancta meæ,

Huc-

(*h*) In Schediasmat. Poët. Epigramat. Lib. II. p. 712. (*i*) In Melodæsia, p. 511. 152.

Hucque tuos infer titulos, insignia, nomen,
Adjiciens gravibus dicta probata Viris.

*** ***

Ara
Deo Fidio & Virtuti
Sacra,
in qua
Observantiæ debitæ *Benevolentiæ non fucatæ*
victimas
Superioribus *Æqualibus*
animo
Humili *Fideli*
offert, litat,
N. N.

*** ***

Templum
Pietati, Virtuti, Honori, Amori,
Gratiæ, Fidei
Sacrum
Perennis Memoriæ.
Vos ergo
Pii Æneæ, Magni Hercules, docti Platones,
Amici Pylades, Fidi Achates
Adeste, Præeste, Prodeste.

Meo Albo, auro & gemmis mihi cariori, hunc aliquando inscripsi titulum.

Nomina clara Virum doctus quos suspicit orbis
Noscere si cupias, nostrum hunc evolve libellum;

Non vultus, non ora Tibi cernenda, sed altâ
Quæ sub mente latent poteris hic sensa tueri.

§. XXVI. Contemplati hactenus sumus ea, quæ ad Philothecarum materiam & formam exteriorem pertinent. Intrinsece easdem constituunt Virorum clarorum & Amicorum autographa, utpote quorum potissimum in Albis habetur respectus eoque pretiosior reputatur libellus ejusmodi, quo plures ambitu suô comprehendit Viros genere, virtute & eruditione conspicuos. Quandoquidem verò isthæc aliorum in Philothecas scribendi ratio admodum variat, operæ pretium me facturum existimo, si diversos illos scribendi modos, in collatione plurium Philothecarum observatos, aliquanto curatius enumeravero.

§. XXVII. Cum nobile rei philothecariæ studium Eruditi sibi hodie quasi proprium vindicarint, illorum verò idioma domesticum latinum existat, plerumque etiam latinè Albis sibi oblatis inscribere solent: quemadmodum homines illiterati germanicam adhibere aut aliam vernaculam lingvam deprehenduntur. Non desunt tamen, qui aliis etiam hic lingvis, iisq; tum occidentalibus tum Orientalibus variis utantur, & ex his quidem tali cum primis, in qua vel maximè sunt versati, vel emphasin peculiarem latere existimant. Reperire interim licet Thrasones quosdam, qui lingvam peregrinam, cujus literas pingere quidem vix tamen legere didicerunt, Philothecis ad ostentationem inscribunt; pueris in eo similes, qui, quod

quod non intelligunt, pingere tamen volunt. Alios deprehendes, qui, ut πολυγλωτ]οι videantur, pluribus lingvis chartam miseram onerant, cum tamen vix in una illarum sint exercitati. Salse, pro more suo, hujusmodi jactabundum, qui hebraicè, græcè & latinè Albo cuidam inscripserat, perstrinxisse fertur FRID. TAUBMANNUS, subsignando ista ex Johannis Evangelio: (k) *hæc scripta sunt hæbraicè, græcè & latinè.* (l) Sed hæc & similia ad Machiavellismum Literarium, sive ad præposteros Eruditorum inclarescendi modos pertinent, quo de alio tempore scribendi fuit occasio.

§. XXVIII. In antiquissimis, quæ cernere licuit, Albis, video aliquando foliis quibusdam nihil præter nuda nomina una cum loco & tempore, quo ista acta fuêre, esse inscripta. Inprimis id principibus & Viris Illustribus usitatum plerumquè fuit, existimantibus, se nominis sui adscriptione honori Possessoris satis superque consuluisse. Idem interdum observant homines longævitate aut casu quodam ad scribendum inhabiles redditi: quomodo celebratissimus ille Gallus, D. PETRUS JURIEU, Vir senio & laboribus ita confectus, ut sensibus ferè omnibus externis privatus sit, nomen tantum suum peregrinantium libris hodie inserit. Sic etiam homines instituti

(k) Cap. XIX. 20.
(l) Vide Taubmanniana, p. 211.

rei philothecariæ expertes, si quando Album iis offertur, nomen suum unicè subsignant, aut ad summum votum pro felicitate Philothecarii, vel asseverationem amicitiæ nunquam intermorituræ præmittunt.

§. XXIX. Frequentior est Symbolorum Philothecis inscribendorum usus; quæ vel ab ipsis Symbolistis inventa, vel aliunde, sive è sacris sive profanis Scriptoribus, mutuata sunt. Solemne verò quibusdam est, verba symboli non omnia, sed primas tantum ejus literas signare, atque sic materiam divinandi lectoribus suppeditare; cujusmodi exempla satis multa ELIAS GEISLERUS (*m*) congessit. Multoties etiam symbola sua ita disponunt Eruditi, ut dictionum symbolicarum primæ literæ insimul primas literas prænominis & cognominis sui, aliquando etiam loci natalis & functionis exprimant. Ita D. JOH. FRID. MAYERUS hoc plerumque Albis inscribere solebat symbolum onomasticum: (*n*) *Jehovah Fortitudo Mea.* Pariter Theologus Prussiæ nostræ quondam Primarius D. FRID. DEUTSCHIUS Philothecis solitus erat inserere: *Fortis Dextra Domini.* (*o*) MAGNUS DAN. OMEIS, Prof. Phil. apud Altorfinos, hoc, dum vive-

(*m*) Dissert. de Symbolis, von Denck- oder Leib-Sprüchen / Lipsiæ 1675. edita.

(*n*) Ex Psalm. XXVIII. v. 7.

(*o*) Psalm. CXVIII. v. 16.

viveret, delectatus est dicto: *Mundus Decipitur Opinionibus*, item: *Mea Delectatio Olympus.* BALTHASAR MEISNERUS sequenti: *Beati Mites.* MARTINUS GEIERUS, *Mites Gaudebant*, & sic porro. (p) Elegantia certè sunt hujusmodi symbola, si sponte sua fluant, nec contorta & nimis longè sint petita. Plures aliæ dantur symbolorum in Philothecis dispositiones, quia revera hic trahit sua quemque voluptas.

§. XXX. In consvetudinem etiam ab it, ut Emblemata nitidissimè picta unà cum suis lemmatibus Albis inserantur; insignia quoque gentilitia adjiciantur, imò nec omittantur imagines varii generis curiosissimæ, peculiaris cujusdam casus aut alius rei possessori cognitæ commonefactrices. In Academiæ Juliæ Bibliotheca, referente HERM. von der HARDT (*) conspiciuntur *Philothecæ complures, Principum, Magnatum, celeberrimorumque Virorum, aliarum & nostræ quoque Academiæ Professorum veterum manibus & effatis nobilitatæ, ut & nitidissimis ac miniatis imaginibus, quæ bellulum pulchellæ quoque Italiæ Gymnæeum perpulchrè referunt, perornatæ, quæ oculos mentemque contemplantium mirificè afficiunt.* Lucas Kranach, Pictor celebratissimus, quam sæpissime Philothecis inseruisse de-

pre-

(p) Conf. *Thom. Crenii.* Animadvers. Phil. P. XI. p. 128. sqq.

(*) Loco supra ad Cap. II. §. 7. citato.

prehenditur, artificiosam serpentis figuram. Nuperrime adhuc Rostochii moris erat, ut amici sibi invicem in Philothecas suas offerrent icones & figuras elegantissimas è stramine varii coloris tanto artificio à nonnemine confectas, ut eminus conspectas jurares penicillo esse adumbratas. Nimirum inest imaginibus ejusmodi subtilis quasi incantatio, qua possessor, dum Album suum revolvit, subsistere circa picturam elegantem cogitur, ejusquè meminisse, qui imaginem illam inseri curavit.

§. XXXI. Ubi symbolum aut pictura in Philotheca non apparet, ibi certò aderunt sapienter quædam dicta, seu gnomæ Authorum, seu sacri illi fuerint seu profani, sive veteres sive recentiores, sive denique in prosa scripserint sive in ligata oratione. Decerptos inibi videbis fragrantissimos è divinarum pandectarum oraculis, Patrum monumentis Philosophorumquè scriptis flores: verè enim in Album quadrat illud Poëtæ:

Hic liber est hortus, vario qui flore superbit,
Sive rosas poscis, lilia sive cupis.

Nec minus delectaberis argutè & acutè dictis; commoveberis nervosis sententiis, quibus alter cum altero veluti certare pondere & delectu voluit. Reperies denique nonnullos brevissimum dicterium & sæpe unicam tantum vocem adposuisse; quomodo RENATUS CARTESIUS solitus fuit Philothecis inscribere voculam: *Gradatim!* AUG. HERM. FRANCKIUS vocem

ἀγω-

ἀγωνιζεσθε, B. LUTHERUS verbum *Vivit*, alii *Tandem! Sursum! Cautè! &c.* Alios verò conspicies integras paginas excerptis Authorum impleviſſe & vel hymnos prolixos, ſacros pariter ac profanos potatorios aut amatorios, in Album retuliſſe. Et quis varium hoc in negotio hominum genium determinare poteſt?

§. XXXII. Has ipſas verò ſententias, Philothecis inſcribendas, qui emunctioris videri volunt eſſe naſi ita inſtruunt, ut aculeatè iisdem tangant vel poſſeſſorem, vel inſcriptos alios. Nimirum ſæpe contingit, ut Philothecarius vel doctrina, vel moribus, ſit culpabilis; quod in converſatione animadvertentes Viri clariſſimi, ſubtilem ſub gnomis, quas inſcribunt, occultare ſolent correctionem. Memorat doctiſſ. SALDENUS: (q) *nominatiſſimum JCtum Antonium Matthæum peregrinantium Studioſorum Albis, ne modeſtiæ immemores eſſent, nec in progreſſu ſiſterentur, hoc* SENECÆ (r) *dictum inſcripſiſſe*: multi ad eruditionem veniſſent, niſi ſe eo jam perveniſſe putaſſent. *Nihil enim obeſſe magis currentibus Virum hunc eruditiſſimum exiſtimaſſe, quam quod eum ſe modo attigiſſe terminum Studioſi putent, à quo longiſſime adhuc abſunt.* Simile exemplum

(q) Diſſert. de Eruditorum Thraſoniſmo §. 5. in tractat. ejus de libris lib. 2. c. 3. pag. 331.

(r) De Tranquillitate animi, c. 1.

JOHAN. SAM. ADAMI (s) recenset: Ich erinnere mich/ scribit, daß im Jahr 1659. ein Vagant, wie andere Länder/ also auch das Nassau-Dillenburgische Fürstenthum durchwandert/ dieser meldete sich zu Dillenburg bey dem damahligen Prediger und Kirchen-Auffseher Herrn Sebastian Wetzlario an/ der ihm beneben einem Zehr-Pfennig auch in sein überreichtes Stamm-Buch die Worte Davids aus Psalm. 37. v. 3. Bleibe im Lande/ und nähre dich redlich/ zur Erinnerung hinterließ; woraus er unschwer sehen können/ daß der gute alte Prediger ihme damit zu Gemühte führen wollen: wie es einem jungen Studenten wol anstünde/ wenn er so weit kommen/ daß er dem Vaterlande dienen könne/ sich nicht auff das Betteln und Vagiren ausserhalb Landes legen/ und die edle Zeit im Luder hinbringen/ sondern selbsten Hand anschlagen solle/ sein Brodt zu verdienen. Magistro cuidam immorato, hæc in Album inscripserat nonnemo è L. 7. Cod. de Prof. & Med. l. 10. *Magistros studiorumque Doctores moribus excellere oportet primum, deinde facundia.*

§. XXXIII. Inscriptos alios frequentius videas à nonnullis dictis aculeatis punctos esse, quos iterum vindicarunt alii, ita, ut duo, tres & plures in Philothecis quasi invicem disceptasse deprehen-

(s) In Deliciis Biblicis V. T. ab A. 1704. Tom. XV. pag. 952.

prehendantur. Narravit mihi Dn. JOH. FALCK, ad D. Cathar. apud Gedanenſes Paſtor facundiſſimus, ſe in perantiquo Albo, Lutheri & Coëtaneorum autographis dotato, ſequens oculis ſuis uſurpaſſe inter duos Lutheranos & tertium Pontificium, qui literis initialibus nomina ſua tantum expreſſerant, bellum. Primus hoc inſeruerat dictum: *verbum Domini manet in æternum.* Alter Papiſta ſubjecerat: *ſed Lutheri verbum rapit in infernum.* Tertius, calumniæ hujus horrendæ impatiens, tandem addiderat: *Faxit Deus, ut Diabolus hunc nebulonem vivum in infernum deducat, atque ibi experiatur, num ipſius de Luthero judicium verum an falſum fuerit.* In vulgus cæteroqui nota eſt hiſtoria de nonnemine, qui in ultima Albi cujusdam pagina, ligaturæ allinita, hoc SERVATORIS noſtri (*t*) impiè uſurpavit dicterium: *quotquot ante me venerunt, fures ſunt & latrones*; cujus temeritatem quispiam caſtigaturus eædem ſubtiliter ſubſcripſit paginæ illud miniſtrorum Pontificiis Cajaphæ ad Petrum: *verè, & tu ex illis es.* (*u*) Alius in extremò Philothecæ fine ſcripſerat: *felix qui poſt me*, quem alter redarguturus, in verſam ligaturæ faciem à Bibliopejo aureis literis imprimi curavit: *ecce! ego felicior te.* Noſtris temporibus, cum infelices illæ controverſiæ, quas Pietiſticas vocant, magnis

(*t*) Joh. X, 8.
(*u*) Matth. XXVI, 73.

animorum motibus agerentur, familiares admodum ejusmodi contentiones in Philothecis factæ sunt. Commendaverat nonnemo Philothecario cuidam tritum illud Pauli: (x) *Pietas ad omnia utilis est*; cui alius è regione paginæ hoc opposuit: *Si hæc noveritis, beati eritis, si ea feceritis.* (y) In vicino nobis Emporio & Athenæo simile quid factum esse ab amica manu mihi relatum est. Scripserat D. S. S. in Album Studiosi Theologiæ Wittebergam tendentis A. 1709. sequentia: *Pietismus ad nihil utilis est, nisi ad turbas in Ecclesia & Republ. excitandas, ac conscientias miserè affligendas, in quibus Diabolo haud perfunctoriè militat & inservit.* Quibus hæc subjecit C. S. *Cave tibi ab illis, qui pietatem vocant dicere & non facere, Pietismum autem Christum sequi.* His denique J. F. adposuit: *Cave tibi ab illis, qui cum maximè fallunt, id agunt maxime, ut sectatores Pietatis videantur. Pietas ad omnia utilis, Pietismus pernitiosissimus Diaboli fœtus est.* Et alio tempore idem J. F. ad sententiam C. S. alludens, hunc in modum scripsit: *Qui pietatem vocant dicere & non facere, Pietismum autem Christum sequi, in Utopia quærendi sunt, & inventor illorum, ne quid dicam gravius, fabulator est.* Plura his similia adducere possem, si per paginarum angustiam liceret.

§. XXXIV.

(x) 1. Timoth. IV, 8

(y) Joh. XIII, 17. Conf. *Crenii* animadv. Philol. P. XI. p. 133.

§. XXXIV. Haud raro Viri heterodoxiæ & novitatum suspecti defensionem sui in Philothecas peregrinantium brevibus inserunt verbis, mentemquè hoc modo & sententiam suam declarant. Liceat in hujus rei testimonium unum vel alterum proferre exemplum. Sic JOH. LATERMANNUS, Theol. D. & in hâc Academia quondam Professor, ex quo tempore Syncretismi hinc inde argueretur, sequens Augustini in Albis usurpasse deprehenditur in sui defensionem dictum. *Si nos propterea odistis, quod pacem vobis catholicam prædicamus nos Domino servimus docenti: Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur.* Notum præterea est, quantas suis de generatione Filii DEi, morte fidelium temporali, rationis in rebus fidei usu aliisquè hypothesibus turbas in Belgio excitaverit Theologus primùm Franeckeranus, jam Ultrajectinus, HERM. ALEX. ROELL, de quibus FRIDR. SPANHEMIUS (*a*) & HERM. van HALEN (*b*) consuli possunt. Certè non modò Collega ejus in Academia Frisiorum, doctissimus CAMPEIUS VI-

(*a*) In Appendice Elenchi Controv. de Religione p. m. 670. seqq.

(*b*) In judicio de positionibus quibusdam Franeckeranis in Classe Ultrajectina nuper ventilatis, Traj. ad Rhen. 1688. in 8. edito.

VITRINGA, (c) sed & alii complures (d) eundem periculosissimarum novitatum postularunt & novaturiens caput disertè appellarunt. Hunc titulum ut declinet Vir doctus, solitus semper est Philothecis sibi oblatis, quod & meæ fecit, inscribere:

Non ego sum Veterum, non assecla, amice, Novorum:

Seu vetus est, verum diligo, sive novum.

Pariter de JOACHIMO LANGIO, Professore jam Theol. Hallensi constat, quantas cum Theologis nonnullis hactenus habuerit controversias, de quibus cum ante triennium & quod excurrit Berolini, ubi eo tempore adhuc V. D. M. & Gymnasii Fridericiani Director erat, invicem conferremus, hæc in sui defensionem Albo meo inscribebat: *Orthodoxiam facio maximi: pseudorthodoxiam nihili! Hæc adhuc dominatur passim, sed illa latos sperat triumphos.*

§. XXXV.

(c) Differtat duabus contra Roëllium Franeck. 1689. publicatis, de generatione Filii ex Patre & morte fidelium temporali.

(d) Confer libellum *Davidis Hugvenini*, Prof. Duisburgensis, sub titulo: *Christianus ratiocinans* divulgatum, & *Joh. Schmidii* dissert. qua in novas Batavorum quorundam de morte temporali hypotheses inquisivit, Lipsiæ 1704. excusam.

§. XXXV. Sunt etiam non pauci, qui sententiis suis vel miserum temporum suorum statum deplorant, vel in coruptos seculi mores invehuntur, vel halcyonia & molliora fata Ecclesiæ, Reipubl. civili & literis elegantioribus vovent. Hujus farinæ sunt querelæ FRID. TAUBMANNI, quas Albo D. Marci à Gerstenbergern, Cancellarii Saxonici inseruisse fertur: *Justitia lapsa est; Musæ barbarizant; Princeps occidit; Ecclesia premitur; Roma furit; miscentur omnia confusione.* Albo B. D. GEORGII WOSEGINII, Medici quondam Regiomontani & Philologi Celeb. G. J. VOSSIUS, Amstel. 1646. inscripsit sequentia. *Verè olim Hippocrates:* Vita brevis ars longa. *Nec verè tamen minus dixeris.* Vita longa ars brevis; *præsertim si cogitemus artem principem bene vivendi. Sed quia argutari malumus quam bene vivere, discimus non necessaria, necessaria nescimus, magno malo nostro, magno etiam publico: cum illa argutiarum prurigo sit vere scabies immo pestis Ecclesiarum.* (e) D. PHILIPPUS JACOB. SPENERUS Philothecis peregrinantium pium hoc svevit inscribere desiderium: *Si in necessariis veritas, in non necessariis libertas, in omnibus charitas sit. Ecclesiæ vulnera sanarentur.* Albo Dn. JOH. SCHROTBERGERI, Concionatoris Aulici & Ecclesiæ Reformatæ apud Regiomont. Ministri disertissimi, doctus Jesuita LUCAS

(e) Vide Taubmanniana p. 108.

LUCAS NAGELIUS Comiti Palat. Rheni à confessionibus sequens inscripsit votum irenicum:

Unus Dominus, una fides, Ephes. 4, 5.
Unus Dominus det illam unam;
& erimus
Cor unum & anima una. Act. 4, 32.
O quando!

Alius, ad turbas Ecclesiæ nostræ respiciens, hunc Philothecæ cujusdam inseruit gemitum:

Impius est (*f*) *hodie* Pietismus *quique vocatur,*
Hinc Pietista *pii nonnisi nomen habet:*
Böhmicola *interea* Chiliastaquè *& impia turbæ*
Enthusiastarum *denique vincit ovans.*
O DEus, has reseca pestes! Ecclesia supplex
Et vera pollens mens pietate vovet!

§. XXXVI. Nescio, num singularitatem an mysterium nonnulli affectent, dum vel ænigmata vel monogrammata vel schemata varia in Philothecas referunt, vel aliud insolitum quid circa inscriptionem committunt. Ita Albo amici cujusdam hoc inseruit distichon famosus ille CASP. ERNEST. TRILLERUS:

Dum sumus hic i i / i i / *Christo* a a / a a / *mus JEsu,*

Nam a a a a *est* o o o o *e* e e e *re vita DEO.*

(*f*) *Pietismus* per anagramma: *est impius.*

Fruſtra, quid hæc ſibi velint, inquireres, niſi lingvam Saxoniæ inferioris, vulgò die Platt-Teutſche Sprache in ſubſidium vocaveris. Quas enim hic vides pictas quinque literas I. totidemq; A, O. & E. nec non quatuor literas A. eas vulgus dialecto communi effert vief I, vief A, veer A &c. Unde jam facilis eſt myſterii hujus apocalypſis, quo Trillerus dicere voluit:

Dum ſumus hic vivi Chriſto vivamus JEſu,
Nam vera eſt vivo vivere vita DEO.

Facilior fortè eſt reſolutio ænigmatis ſequentis in Philothecis ſæpè conſpiciendi:

Dimidium Sphæræ, Sphæram, cum Principe Romæ
Hæc ego nunc dono, dulcis amice, tibi.

COR ſcilicet offerre, hoc verborum apparatu, inſcribentes Philothecariis volunt.

§. XXXVII. Symbolis, emblematibus, imaginibus & ſententiis hoc vel alio modo, in Philothecam relatis, clari Viri & Amici, verbis breviter conceptis, ſubſignare plerumquè ſolent tum memoriæ ſuæ commendationem, tum amicitiæ obſignationem, tum votum pro felicitate itineris & ſucceſſuum Poſſeſſoris, tum inprimis præ- & cognomen ſuum, una cum Patria, honoribus & quas exornant functionibus. Quod ultimum, licet à Viris per orbem literatum notiſſimis propter feſtinationem aut alia forte de cauſa omittatur, ridicule tamen imitantur minorum gentium Dii, qui utut nullibi niſi intra mœnia civitatis ſuæ ſint cogniti, nomina tamen ſua uni-

cè,

cè, absque graduum aut spartarum, quibus defunguntur, nominatione subscribunt, simulantes se generosos dignitatum suarum contemtores & Polyhistorum, quibus ejusmodi subscriptio solemnis est, titulum ambitiosè affectantes. Alii Thrasones literati nomina & functiones suas abbreviatè scribunt, num fortè, æquivocationis materia data, pro magnis ab ignaris reputari possint Viris. Novi Diaconum quendam Ecclesiæ celebratissimæ, Salfeldia Thuringorum oppido oriundum, qui ut ab exteris pro Theol. Doctore haberetur, nomini suo has adjecit literas, *S. Th D.* quas ipse quidem hoc modo interpretabatur: *Salfeldia-Thuringus, Diaconus.* Pariter nonnulli ex Judæis conversis, qui supra vulgum Apellarum se sapere putant, nominibus suis apponunt literas I. C; habitum sive Juris Consultorum, sive Juris Candidatorum induentes. Denique etiam locum, diem & annum, quo res gestæ sunt, in Albis subsignare solent; & hunc quidem vel nudè vel chronodisticho inclusum, prout unicuique lubitum est.

§ XXXVIII. Ordinem in scribendis nominibus suis, ratione dignitatis & functionum, vix observant clari Viri, sed promiscuè, ut fert occasio & spatium in libro subsignant, nec adeò sibi invicem præcedentiæ litem movent. Sæpè enim hic obtinet tritum illud: *ultimus & primus sunt in honore pares*; &, qui est *ultimus in libro, non ultimus inter amicos* haud raro existit. Principes

cipes tamen & Viri illustres, nec non Academiarum Rectores, muneris sui rationem habentes, primum ordinariè in Philothecis occupare solent locum, quod & plerumquè faciunt exterorum nonnulli, idquè non tàm ex fastu & vilipendio Eruditorum Germanorum, quàm potius ex festinatione. Singularitatem verò aut certè ostentationem spirat, quando quidam datâ operâ Album vertunt, & cum omnes uniformiter, ut par est, inscripserunt, libro converso, suam exarant scripturam. Cupiunt nimirum tales à vulgo Eruditorum discerni sequè minutiis talibus, non quod pueri in faba, invenisse existimant. Alia tamen eorum est ratio, qui ex oscitantia aut festinatione tale quid committunt. Non possum, quin hic ex literis B. D. SCHELGVIGII d. 8. Jan. 1712. ad me datis, sequentia hâc occasione afferam; ita verò ille: Mir ward einsten ein Stamm-Buch offeriret / worinn D. DREIER vor wenig Tagen / vermuhtlich aus Unvorsichtigkeit seinen Nahmen verkehrt / so daß das Unterste oben kam / gesetzt hatte. Drumb nahm ich das Buch recht / wie alle andere vor und nach mir gethan / und schrieb auf eben dasselbe Blat ex Gen. XVI. 12. juxta versionem Vulgatam: *Israël e regione fratrum suorum universorum figet tabernacula*, Luther. Er wird gegen allen seinen Brüdern wohnen: worüber der seel. Hr. D. CALOVIUS, wie mir hernach geschrieben ward / einen langen Discours geführet.

§. XXXIX. Coronidis loco liceat capiti huic addere syllabum inscriptionum generaliorum, in Albis Amicorum venustè adhibendarum, quas hinc inde observavi usurpatas:

***

Mente tene nostrum nec dedigneris amorem,
In libro nudum nil nisi nomen habes.

***

Aurea Doctorum recitatrix charta Virorum,
Nomina quæ tantum non moritura vehis;
Quid tibi nobiscum? quid me, precor, ordine vulgi
Detrahis, & ponis non regione mea?
I tamen, atque aliquu, qui sim, si fortè requiret;
Dic unum hoc: Domino me placuisse tuo. (g)

***

Præsens præsenti qui se profitetur amicum,
Nec tamen absenti curat amore fidem:
Quod præsens calamo præsenti scripsit id absens
Re sacramentum delet amicitiæ. (h)

***

Scribere verba placet tria, nunc tria perlege verba:
Totus sum tuus, *haud scribere plura queo.*
Schreib

(g) Vide Poëmata *Joh. Rutgersii*, à Nicolao Heinsio edita p. 343.

(h) *Taubmannus*, in Melodæsia p. 518.

* * *

Schreib / sprach die *Poësie*, es sey auch
was es sey.
Schreib / sprach sie / dieses nur: Ich bleibe
dir getreu.

* * *

Inscribas tordi, quem vis inscribier Albo;
Sic mihi perpetuo certus amicus eris.

* * *

Poscis & affectum simul & mea poscis in Albo
Nomina, quæ poscis mente libente fero.

* * *

Ein Garten ist dies Buch / die Betten sind's
Papier /
Die Bluhmen schöne Spruch / die hier
gepflanzet seyn;
Sein Gärtner / Freund / bist du / die Bluh-
me / so Ich dir
In diesen Garten schenck / ist ein Vergiß-
nicht-mein.

§. XL. Nunc ad finem rei Philothecariæ properamus, cogitantes illud Philosophorum axioma: *omnem actionem sine esse mensurandam.* (*i*) Cum verò unius rei plures quandoque possint esse fines, (*k*) facile apparet, non unam etiam

(*i*) Vid. *Cicero*, lib. IV. Academ. quæst.
(*k*) Lib. I. Eth. ad Nicomach. c. 1.

omnium circa libros gentilitios esse intentionem, sed inprimis aliam ex parte exhibentium Philothecas, aliam ex parte inscribentium in easdem existere.

§. XLI. Equidem certum est, Philothecarum exhibitione hoc semper intendere ingenuos earundem possessores, ut Viri clari, Fautores & Amici nomina sua iisdem inserant. Nec minus extra dubium est positum Philothecarum finem ex parte Virorum celebrium & familiarium esse nominum desideratorum inscriptionem. Sed iste finis nimis est generalis, &, si unicè intendatur, maximè vanus. Unde ridiculi semper mihi illi peregrinantium visi sunt, qui propter nudum τὸ habere nomina Eruditorum & Amicorum Philothecas suas offerunt, nihil præterea intendentes. Ad specialiora ergo descendendum erit, & dispiciendum, cur præcisè nomina præclara & amica in Albis suis adesse velint Philothecarii prudentes, & quare nomina sua alii iisdem inscribant. Generatim hic dici potest, hoc omne, tum ab exhibentibus Philothecas, tum à scribentibus in easdem fieri ad memoriæ rerum inter se gestarum & familiaritatis conservationem. Eleganter ea de re differit communis Germaniæ præceptor Philippus Melanchton, scribens: *duas ob causas aliorum inscribimus libris rogati: primò, ut librorum possessores recordentur, suisquè posteris indicent, quibus in locis, & quo tempore versati sint. Secundò, ut certa habeant testimonia, quibuscum fami-*

familiariter vixerint, & qui vera amicitia illis fuerint conjuncti. Quos Philothecarum fines sequenti disticho inclusisse fertur:

Sunt duo, quæ tales commendant dona libellos:
Pignus amicitiæ, scriptaquè digna legi.

§. XLII. Agedum verò distinctè hæc, pro diversitate hominum, quibus offeruntur Philothecæ, perlustremus. Scil. quando Principibus & Viris illustribus ac claris Album offerimus, expetimus quasi ab iis testimonium honorificum, nos in itinere nostro hoc vel illo loco ac tempore illos convenisse, vidisse & conversatos aliquandiu cum eis fuisse; ut documentum conversationis eruditæ ac politicæ omni exceptione majus habeamus, utquè eò firmior & jucundior semper sit notitiæ hujus & colloquii cum magnis Viris memoria, cujus testem scripto producere valemus. *Omninò enim non minima honoris nostri pars est, si etiam post rogum nostrum, quibuscum literarum heroibus aliqua notitia nobis sermoquè intercesserit, è Philothecis nostris constet,* scribit J. L. HANNEMANNUS. (*l*) Hoc testimonium nobis libenter largiuntur Viri, quos compellamus, atque in hunc finem honoris ergo benevolentiæq; testandæ causa Philothecis inscribunt, ac insimul volunt, ut aditûs hujus & commercii literarii indulti grato semper animo recordemur, nec unquam

(*l*) In alloquio ad Respondentem differt. de Phœnice naturæ.

quam memoriam ejus nobis excidere patiamur. Hinc est, quod in peregrinantium Albis sequentes sæpè legantur formulæ: *Benevola mente & manu scripsi. Honori dare possessori, me in peregrinatione sua visitanti, lubens meritoq; debui. In memoriam conversationis adposui. Paucis his colloquii cum Philothecario habiti summam complecti volebam*, & similes aliæ. ANTONIUS van LEUWENHOCK, celebris ille in Belgio Mechanicus, Albo Amici cujusdam tantum sequentia inscripsit: *d'Heer deses Boeks heft my de Eer angedaan van my te besoeken, en Vermaak te nemen in eenige van myn geringe Waarneminge.*

§ XLIII. Dum Præceptoribus suis Fautoribus aliisquè, quibuscum aliquanto liberius conversati sunt, Philothecas suas offerunt earundem Possessores, haud raro vitæ & studiorum suorum testimonium sibi dari tacitè exoptant; dextrè judicantes totidem vitæ benè actæ, quotquot docti & honesti Viri in suo libello comparent, esse testes. Quod & meritò faciunt Viri humanitate & æquitate conspicui, atque eum in finem Albis sibi oblatis nonnunquam inscribunt, ut lectores de moribus & dotibus Philothecariorum sibi certò exploratis reddant certiores. Videas hinc Philothecarum possessores haud raro à pietate, eruditione & modestia laudari; mox aliorum benevolentiæ & patrocinio commendari; iterum ob industriam, quam in hoc vel illo studiorum genere

nere

nere præceptoribus probatam dederunt, extolli, & ita porro.

§. XLIV. Contingit quoque, ut coacti in Synodum Patres nos suis in Philothecas inscriptionibus ad bonum eligendum malumq; fugiendum instruere intendant, atq; hunc in finem vel elegantiora vitam beatè instituendi monita suppeditent, vel egregias prudentiæ peregrinatoriæ regulas tradant, vel puritatem doctrinæ commendent, vel in suam nos rapere sententiam cupiant, vel mores inter conversandum observatos per indirectum corrigant; quemadmodum Philothecarum variarum inspectio abunde testabitur.

§. XLV. Qui denique Amicos sangvine & familiaritate sibi junctos in libellis suis extare cupiunt, ii oblatione Philothecarum hoc pro fine habent, ut Amici inscriptione sua fidem quasi sibi obsignent perpetuam & pignus amoris discedentibus scripto relinquant, ut quoties librum istum intuerentur, jucundæ amicitiæ olim contractæ meminisse possint. Quo de Alborum fine eleganter canit Musarum delicium PAUL. FLEMMING: (m)

Kein tieffer Reverentz/ kein hoher Wörter Pracht/
Kein Stieffel-weites Glaaß/ kein Bluht- und Himmel-schweren

(m) In Poëmatibus, Libro II. der Poetischen Wälder/ p. m. 59.

Und andre Ausſenwerck/ kan Hertzen überwinden/
Wem nicht ein treues Hertz und SINN das Bündniß macht/
Wie kan die Freundschafft feſt und unverbrüchig wehren/
Vom Hertzen muß es gehn/ was Hertzen ſoll verbinden.

Hanc ipſam viciſſim familiaritatis memoriam & amoris conſervationem Philothecario commendant Amici, dum Albis inſcribunt, & ſubinde hujus vel illius rei utrisquè cognitæ commemorationem addunt. Verè enim de inſtituto hoc judicavit SAL. NEUGEBAUERUS: (n) *conſervandæ amicitiæ contractæ adminicula eſſe manus, amicorum aliorumvè libellis conſignatæ, iconesquè depictæ & vivorum & demortuorum amicorum.* Et MART. ZEILLERUS (o) opportunè monet: Das Gedächtniß der Menſchen iſt hinfällig/ wann man aber alle Jahre nur einmahl ein ſolches Stamm-Buch durchgehet/ ſo kan man ſich der an weit entlegenen Orten gemachten Freundſchafft wieder erinnern/ und wird auch dadurch offtmahls manche Traurigkeit vertrieben. Unde frequentes in Albis occurrunt illi floſculi: *Sis memor uſq; mei, ſum memor*

(n) Tractatu de peregrinatione, Baſil. 1605. in 12. edito, p. 144.

(o) In Manuali, part. I. p. 112.

mor usq; tui. Olim meminisse juvabit. Man beliebe sich bey müßigen Stunden zu erinnern/ & his similes.

§. XLVI. Peculiarem prorsus finem Philothecâ suâ respexit nonnemo, qui teste D. SAM. SCHELGVIGIO, (*p*) itinere ab anno 1694. ad 1699. per ingentem Germaniæ tractum suscepto, nomina Novatorum, quos in variis, ubi diverterat, locis invenerat, colligere in animo habuit. *Tametsi verò* (utor verbis Dn. D. Schelgvigii) *Codex iste, ne in manus cujusdam Orthodoxi perveniret, non minori studio quam in Eleusiniis sacris quondam fieri solebat, occultaretur, impediri tamen non potuit, quin ab aliquo, qui ut mysterium proderet Pietistæ larvam ad tempus assumebat, inscio Possessore ipsum αὐτόγραφον die jam declinante ad Autorem horum Annalium* (scil. ad D. Schelgvigium) *deferretur, qui contenta, quam fieri poterat, celerrimè describi librumquè ante dilaculum sequentis diei restitui fecit, ut aliqua fratrum sororumq;, eò quo in chartis ponuntur ordine consignatorum, recensio ad lectorem perveniret.* Recensionem illam Lector suo tempore legere poterit quando Historia Pietisti-

(*p*) In Historia Pietistica, per modum Annalium congesta, & in Manuscripto adhuc latente, Libr. XII. continente historiam anni 1694. Cap. XIX. cujus copiam Celeberrimus Autor pro humanitate sua insigni mihi fecit.

ca Schelgvigiana prælo erit liberata. Quando verò doctiſſ. Autor concludit: *Lectorum intererit cognoſcere, quanta intrementa Pietiſmus paſſim in illis etiam locis, ubi fortè vix quæſitus eſſet, ſumſerit. Neq; enim veriſimile eſt, quenquam libro, cui tot famoſi imò & alibi ob heterodoxiam relegati ejectiq; homunciones inſcripti viſebantur, nomen ſuum inſeruiſſe, niſi qui Schiſmati pariter applaudebat;* meritò addit verba ſequentia: *Quodſi verò unus alterve, aut ex ignorantia vel ſimplicitate numerum auxit, aut abhinc, relictis Schiſmaticis, ad orbitam quaſi poſt liminio rediit, ei commemorationem noſtram fraudi eſſe nolumus, qui cum facta procul ab affectuum ſtudio recenſemus, ſcientes volentesq; nulli mortalium injuriam intentamus.* Et ita etiam omnino eſt; neque enim ſtatim pro homine novatore & ſchiſmatico habendus eſt, quicunque huic Philothecæ nomen ſuum inſeruit: cum nonnulli vel ex feſtinatione, non perluſtratis aliorum in libello nominibus, inſcribere potuerint, vel alios inſcriptos, quinam & quales ſint, ſub initium inprimis motuum Pietiſticorum, planè non noviſſe; fortè etiam eò malitia poſſeſſoris proceſſit, ut Viros quosdam innocentes ipsâ inſcriptione in Album ſuum Pietiſmi voluerit reddere ſuſpectos, quod non animadvertentes alii, nomina ſua Philothecæ ejus inſerere nulli dubitarunt. Sed hæc ὡς ἐν παροδῳ.

§. XLVII. Utut elegantiora ſtudia propter ſemet

semet ipsa sint excolenda, si vel maximè ampliores fructus haud polliceri videantur; (q) eo tamen sunt ingenio mortalium pleriquè, ut studia sua & labores non ex dignitate, honestate atque jucunditate primariò probent, sed utplurimum vel ex sola utilitate metiantur, adeò, ut nisi utile sit quod facias, vanam ac inanem putent gloriam. Idem certè studio rei Philothecariæ evenire mirum non est; à quo veniam meritò petimus, si, quando per se contemnitur, ex utilitate ipsi pretium fecerimus, licet vel sine illa summè sit commendabile & cultura dignissimum. Ut ergo mercenariis quorundam ingeniis satisfiat, insimul verò ingenui rerum æstumatores ad Philothecas sibi comparandas & magni habendas tanto magis incitentur, haud abs re erit aliquantò prolixius de vario, quem Philothecæ præstare possunt, usu dispicere.

§. XLVIII. Et initio quidem conversationem eruditam non parum Philothecæ adjuvant. Præcipua certè docti peregrinatoris cura esse debet claros Viros & Eruditos ubivis degentes salutare, utiliter eorum consvetudine & colloquio frui, amicitiamquè cum iis contrahere; *ex quo*, judice

ROL.

(q) Pulchrè hanc in rem disserit Cl. Vir. *Justus Christoph. Bœhmerus*, in Prolusionibus, publicarum Lectionum auspiciis præmissis, & Helmst. 1707. in 4. junctim editis, Prolus. VII. pag. 52. sqq.

ROL. MARESIO, (r) *nonnunquam plus utilitatis hauritur quàm è librorum lectione.* Cui siquidem in suo itinere literario vidisse saltem homines celebres sufficit, nec animus est augmentum scientiæ & prudentiæ variæ è consortio eorum reportare, vereor ne is eandem incurrat reprehensionem, qua Gaditanus olim meritò dignus fuit, qui disertissimum Titum Livium videndi cupiditate flagrans ab extrema Hispania proficiscebatur, & quamprimum viderat iterum abibat, ut MATTH. BERNEGGERUS (s) habet. Quam pertinaces verò nonnulli peregrinantium in hoc Viros doctos visitandi & usurpandi studio sint, tam sæpè nihilominus impediuntur, quò minus laudabilem suam exsatiare possint curiositatem. Mox in morosos incidunt μισανθρώπους, qui conversationem desideratam, si non planè denegent, tamen intra nimium angustos temporis cancellos coarctant, consilii illius, à J. FORT. RINGELBERGIO (t) traditi, executores rigidi: *si qui ad te accesserint, qui res vanas, quæ nihil ad artes facere videntur, proferunt, fuge repentè ad studia tua. Satius est ut illi tuam mirentur impudentiam, quam tibi pereat tempus.* Mox

(r) Epist. 43. ad Nic. Heinsium, Lib. I.

(s) Dissert. de peregrinat. Studios. §. 52. adde *Plinium* Lib. II. Epist. 3.

(t) De ratione studii, p. m. 137. edit. Lugd. Bat. 1642. in 12.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1759317691/phys_0070
DFG

Mox aliud hominum genus compellant, qui profundum silentium assumentes ad quæsita peregrinantium vix, nisi per ita vel non, respondent. Quod si ex gravitate affectata faciant, Hispanos imitantur, de quibus Mr de VIGNEUL-MARVILLE: (u) *Les Espagnols, qui ne veulent pas déroger à la* gravidad, *ni à* la decendencia, *si tiennent* recadatos, *c'est a dire particuliers & retirez, pensent beaucoup & parlent peu.* Quamvis alii vel ex nimiâ timiditate & diffidentia, vel quod profundis speculationibus sint immersi, vel ex naturæ vitio in conversationibus non sint affabiles, ut ostendit Vir πολυμαθέστατος DAN. G. MORHOFIUS. (x) Medelam jam huic malo quadantenus parant Philothecæ, quibus accessum nobis non solum ad Principes ac personas illustres, sed & ad Eremitas illos literatos parare, imò & Silentiariis materiam discurrendi suppeditare possumus. Dum enim Philothecas nostras fugitivo oculo percurrunt, vident alios quoque Eruditos nos ad conversationem & familiaritatem suam admisisse, inquè ejus testem nomina sua inscri-

(u) Dans ses Melanges d'Histoire & de Litterature, Roterod. 1700 & seqq. in 8. impressis, Tom. I. p. 40. ubi & ostendit, characterem magnorum Virorum esse silentium aut paciloquium.

(x) In Polyhist. Liter. Tom. I. Lib. I. Cap. XV. quod de conversatione erudita agit.

scripsisse; unde nec ipsi nos tam superciliosè amplius tractabunt. Nec minus observant ex Albis, habere nos notitiam multorum Eruditorum, quos vel ipsimet ignorant, vel si norunt, per longum tamen tempus nihil quicquam de iis audivêre. Hinc sit, ut aut scire desiderent, quinam ignoti illi sint, ubi terrarum degant quibusvè officiis defungantur? aut informari exoptent, quid rerum agant sibi ex inscriptis cogniti? quomodo occasionem nanciscuntur de horum vita, scriptis & controversiis differendi. Inspicientibus titulum Albi nostri, in quo nomen & Patria nostra memoratur, ansa suppeditatur quærendi de statu ejus ecclesiastico, politico & literario &c. quem Philothecarum usum vel ipse centies expertus sum.

§. XLIX. Non solum verò conversationis literariæ adminicula, sed & ejusdem custodes Philothecæ existunt. Quoties enim libros istos revolvimus, toties non sine gaudio nec sine fructu memoriæ nostræ succurrunt confabulationes cum Viris claris habitæ, quarum summam utplurimum dictis & sententiis inscriptis complecti solent. Hunc Philothecarum usum insinuat M. JO. CASP. LOESCHERUS, (y) scribens: *Non desunt, qui libros, quos Gentilitios vocant, peregrinantibus, maximè verò Eruditis, perutiles, fore exi-*

(y) Peculiari, de peregrinationibus literariis, dissert. Witteb. 1697. edita §. 16.

existimant. Quodsi enim Eruditorum nomina in suis libris, propriâ eorum manu scripta, vident, doctorum etiam colloquiorum facile recordantur. Svasor cæteroqui studiorum causa iter facientibus est FRANCISCUS BACO, BARO de VERULAMIO, (z) ut, quando visitant personas in unoquoquè genere egregias, quæ magni apud exteros nominis sunt, *notent* inprimis *quomodo os, vultus & corporis lineamenta & motus respondeant famæ.* Quod equidem consilium vehementer adprobamus; dicere tamen non veremur, illos, qui Philothecas fovent, non opus habere peculiaribus notatis physiognomicis scripto comprehensis, quandoquidem illæ horum defectum satis supplere possunt. Nimirum inter confabulandum cum hominibus celebribus, præcipuè verò dum Albis nostris inscribunt, oculis quasi affixi esse solemus faciebus illorum, quas tam firmiter phantasiæ nostræ imprimimus, ut etiam longo post tempore imago illarum menti nostræ obversari deprehendatur, quando Album nostrum consulimus. Verè enim dixit LUCRETIUS: (a)

Nam si abest, quod ames, præsto simulachra tamen sunt
Illius, & nomen dulce obversatur ad aurèis.

§. L.

(z) In Sermon. fidelibus, Cap. XVIII.

(a) De rerum natura, lib. IV. pag. 350. edit. Paris. ab A. 1563. in 4.

§. L. Præterea vis quædam magnetica Philothecis ineſt, quæ poſſeſſores aliosquè nolentes quaſi ad virtutis exercitium trahit. Dum enim in Albis noſtris conſpicimus tantos Viros, eruditione, virtute & experientia excellentes, laudabili æmulatione, ut veſtigiis illorum inſiſtamus, incendimur; dum ſapienter ab illis ſcripta legimus, conſiliis illorum morem gerere annitimur, monita nobis quaſi in aurem dicta ad animum revocamus, ac defectus noſtros emendare diſcimus. Huc reſpicit ſæpè à nobis laudatus FRID. TAUBMANNUS, (*b*) quando eam ob rem Album cum ſpeculo hunc in modum comparat:

Si noctu ſit atiquè nigris, involvimur umbris,
Sæpè ſit ut maculam corpora noſtra trahant.
Ergo verecundi, ſi qua eſt ſuſpitio nævi,
Judicium ſpeculi conſulo mane mei;
Quodquè parum faciem decoraverit eluo: ne quam
Deſidiæ ingenii cogar habere notam.
Vita quid eſt hominum, quæ noſtro degitur ævo.
Nox eſt, tranſiri vix ſine labe poteſt.
Auferor exemplis, peccans vicinia ſordes
Participat genio tranſitione meo.
Hinc opus eſt ſpeculo, quod me mihi nuntiet intûs,
Imbibitamquè notet proditione luem.
Nam rectè in ſeſe nemo deſcendit; amat ſe,
Inquè ſui pretium præcipitatur homo.

Ex

(*b*) In Melodæſia p. 521. 522.

Ex aliis discas, in te quid turpe resídat,
Magna est exempli vis in utramquè vicem.
Huc chartis mihi nempè suis hoc serviat ALBUM,
Virtutis speculum non sine mente voco. &c.

Eleganter quoquè hanc in rem CHRISTIAN. SCRIVERIUS: (c) Diese Art Bücher hat der rühmliche Eiffer zur Tugend erfunden; Denn wann ein edles Gemüth viele Oerter durchgereiset/ und hin und wieder gelehrte/ erfahrne und grosse Leute angetroffen/ so hats deren Gedächtniß nicht leicht verlieren/ sondern vermittelst ihrer eigenhändlichen Schrifft sich derselben versichern wollen/ auff daß daheim/ so offt es ihren Nahmen in seinem Buche ersehen würde/ es Ursach hätte/ sich und andere zur Nachfolge ihres Fleisses und Tugend anzufrischen. Et, post pauca interjecta, concludit: Das beste Stamm-Buch ist wohl ein solches Gemüth/welches ihm gelehrter/ berühmter und gottseeliger Leute merckwürdige Reden/ wolanständige Sitten und tugendhaffte Thaten auffs festeste einbildet/ und denselben/durch eiffrige Nachahmung sich zu verähnlichen bemühet ist.

§. LI. Variis peregrinantes semper expositos esse casibus nemo fortè negaverit, dummodo ipse itineris periculum fecerit. Ad ejus-

E modi

(c) In den zufälligen Andachten/ Cent. I. num. 52. p. 83.

modi verò futuros casus vel evitandos, vel remedendos non uno modo se præparare solent, ne fatis inimicis succumbere opus habeant. Hinc alii de literis commendatitiis sunt solliciti; alii cambia universalia, vulgo offene Wechsel / sibi comparant; alii denique intra vestimenta sua aurum vel lapides pretiosos occultant. Quia verò non omnibus ea contingit felicitas, ut subsidiis hujusmodi instructi esse possint; nummi etiam & res pretiosæ rapacibus expositæ sunt manibus, hinc, qui illis subsidiis destituuntur, suam tamen, ad incitas redacti, in Philothecas quodammodò collocare possunt fiduciam. Neque enim existimo honestum aliquem Virum opem suam peregrinantibus in casu necessitatis denegaturum fore, quos ex Philothecis cognoscit homines pios & doctos multisquè Eruditis cognitos ac laudatos esse. Cape hujus rei exemplum planè singulare, quod de semetipso refert V. CL. DANIEL GVILH. MOLLERUS: (*d*) *utilitas Philothecarum*, scribit, *vel meo exemplo probari potest. Cum enim in vectura navali Roterodamo Londinum versus à crumenifeca omni argento spoliatus Londinum intrassem, Isaacum Basirium, S. Th. D. reperi, qui fata mea audiens, ex primo quidem mei intuitu noluit me agnoscere, Albo tamen meo, cui nomen ipsius Wittebergæ olim erat insertum,* eidem

(*d*) In literis Altorfio 1708. 5. Julii ad me Rostochium perscriptis.

eidem porrecto, insigni me favore prosecutus est, ceu hoc ipsum latius à me propositum est in Programmate aliquo typis impresso.

§. LII. Inter arcana notitiæ Authorum meritò refertur, nosse quinam ex Viris doctis arcto amicitiæ & familiaritatis vinculo invicem fuerint conjuncti; nec minus scire cujus existimationis alter apud alterum fuerit. Multum siquidem hæc notitia ad judicium de moribus, studiis scriptis & controversiis Eruditorum formandum conducit, cum & hic sæpè obtineat tritum illud: *noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se.* Facilè verò ista è Philothecis cognoscere possumus, utpotè in quibus observare licet, Doctorum quosdam, ad testandam suam animorum & sententiarum harmoniam, vel in una eademque libri pagina nomina sua scripsisse, vel certè in vicino folio; superinscriptis his circiter aut aliis formulis: *ad latus amici; sic jungimur ambo; sic pagina jungit amicos; ecce! quam bonum & jucundum est habitare fratres una; Invida queis orbem fortuna negavit eundem Pagina præsentes jungit amica duos &c.* Ita, qui legit epigramma, quod TAUBMANNUS quondam in Album cujusdam Joh. Hoffmanni αὐτογράφῳ Isaaci Casauboni subscripsit, statim animadvertere potest, quantum summus hic Polyhistor apud Taubmannum valuerit. Ita verò verba habent:

Fas mihi sit, cujus fastigia pronus adoro,
Mortalemque pia voce saluto DEum,

Subsignare manu vestigia. Pecco? reatum
Hoffmanni pietas impetuosa luat. (c)

§. LIII. Suppeditarunt hactenus ex Eruditis THEOPHRASTUS, SCIPIO CLARAMONTIUS, J. HUARTUS, LUDOV. MOLINÆUS, de la CHAMBRE, CHRIST. THOMASIUS & alii (*d*) consilia, de conjectandis aliorum cogitationibus, sententiis, affectibus, & animorum inclinationibus; quam artem qui novit, multum se sapere credat. Non erravero tamen, si dixero, Philothecas artificium hoc suo modo juvare. Nimirum ex symbolis & dictis, quæ Viri clari Albis inscribunt, illorum magnorum animorum, morum, inclinationumq; characteres elucent: cum ex cordis abundantia os plerumquè loquatur manusquè scribat. Produnt præterea iisdem invitè quandoquè sententias suas peculiares, & affectum prædominantem, ut facile postmodum sit de temperamento & genio illorum judicium. Ita sententiam suam de tribus hominis partibus apertè in Album Dn. D. Henr. von Sanden, Medici apud Regiomontanos & Physices P. P. inscripsit CHRIST. THOMASIUS h. m. *Tribus partibus homo constat, corpore, anima, spiritu; duæ ægrotant & medicinâ opus ha-*

(*c*) In Schediasmatibus poëticis innovatis lib. I. Epigramm. p. 672.

(*d*) Citati *Dn. Struvio*, in Bibliotheca Philosophica, Cap. VI. §. 18. sqq. p. 120. sqq.

habent. Unde alia medicina corporis, alia animæ. Sæpè tamen & sub medicina venenum latet. Ægrotant medicina corporis & animæ, si non ex fonte spiritus haustæ sint. Rari verò sunt, qui istam medicinam profitentur. Quam opinionem postea scriptis publicis etiam defendit. Alium quendam Eruditum in Academia Halensi Philothecis inscripsisse: *At vel Turca siet, vel Hebræus Apella, Qui bene vivet erit Christicola ille mihi*, testantur die Unsch. Nachr. 1708. p. 894. Philothecæ amici veterani Dn. D. Johannis Jacobi Quandtii inscripserat olim biga Theologorum Wittebergensium, D. JOH. GEORG. NEUMANNUS & D. GOTLIEB WERNSDORFIUS, alter dictum sequens: *Syncretisticam Theologiam aut nullam profiteri perinde est*; alter hoc modo: *Simulata pietas duplex iniquitas.* Mediam hos inter paginam aliquo post tempore occupabat D. LUDOV. CHRISTIANUS MIEGIUS, Theol. in Acad. Heidelbensi P. P. Consiliar. Eccles. & Eccles. Reformat. Pastor, hæc ex HILARIO (e) mututatus verba: *dum in verbis pugna est, dum de novitatibus quæstio est, dum de ambiguis occasio est, dum de auctoribus querela est, dum de studiis certamen est, dum in consensu difficultas est, dum alter alteri anathema esse cæpit, propè jam nemo Christi est.* Quibus in gratiam possessoris, commendationem animi ab eristica Theologia ali-

(e) Ad Constant.

eni, subjecerat. Quis jam, quæso, est, qui non absquè difficultate de ingenio Virorum tam apertè prodito ex his judicium ferre possit? Cautione tamen quadam hic etiam opus esse arbitror, ne nimium characteribus his fidamus & in judicando nos præcipitemus; quandoquidem & in hoc passu multi artem simulandi & dissimulandi profiteantur.

§. LIV. Desiderata hucusque in Republ. literaria fuit Symbolotheca docta, celeberrimorum in omnibus facultatibus Eruditorum clarorumque Virorum gnomas symbolicas continens, una cum explicationibus illarum venustissimis ac utilissimis, ad eum circiter modum, quo fratres REUSNERI, Nicolaus & Elias Imperatorum, Regum, Electorum, Principum, Comitum & Baronum symbola eruditissimè explicarunt; sed res voti hucusque mansit. Etenim præter Catalogum brevem symbolorum ab Eruditis usurpatorum, quem ELIAS GEISLERUS (*f*) divulgavit, & manipulum symbolorum, quibus omnium facultatum Viri clari usi sunt à L. GEORG. WEISSIO (*g*) in prodromi vicem Symbolothecæ

(*f*) Dissert. de Symbolis, von Denck- oder Leib-Sprüchen Lipsiæ 1695. edita, adde *Crenium*, Animadv. Part. XI. p. 128. sqq. & Part. XII. p. 208.

(*g*) Jenæ 1691. in 4. excuso. Conf. literas Weis-

cæ Theologicæ & Politicæ publicato, nemo mihi cognitus est, qui in hoc curiositatis genere aliquid ex professo præstiterit. Poterit tamen quilibet sibimet ipsi symbolographus esse, colligendo è Philothecis variis ac comportando Eruditorum symbola illis plerumque inscripta; quas Philothecas etiam utiliter sine dubio consulet, qui, ut fert fama, Lipsiæ editionem Symbolothecæ hujusmodi literariæ meditatur. Pariter & studii Genealogico-Heraldici cultoribus aliquid ex Albis proficere licet, quia sæpè insignia familiarum quarundam, quæ gratis alibi quæsiviissent, inibi reperient adumbrata.

§. LV. Oblitus penè fuissem insignis illius, quem Philothecæ præstant, usus, quo conducunt ad notitiam Autorum vel ignoratiorum, vel recentiorum quadantenus acquirendam. Nimirum citata quandoque invenimus scripta Autorum, quorum nomina & officia vel planè non, vel literis initialibus solum, sunt expressa; nostrum verò certis de causis nosse interest. Frustra hic Biographos omnes consulueris, utpote qui, judice MORHOFIO, (*b*) *in vitis Eruditorum nihil hactenus perfectum & absolutum* præstitere. Compensabunt ergò defectum hunc aliquò modo Philothecæ,

Weissii ad Heckelium datas, quas hic adducit in præfat. ad Popmam, de different. Verb.

(*b*) Polyhist. Tom. I, Libr. I. cap. XIX. num. 67.

lothecæ, è quibus Biographia generalis eorum, quorum non est relata scripto, sæpè hauriri poterit. Siquidem Viri clari, ut supra dictum fuit, Albis inscribere sveverunt nomina & titulos suos, locum commorationis, quandoque etiam annum ætatis & ministerii; nec minus nonnunquam produnt statum sui temporis, quem dictis adscriptis vel deplorant, vel laudibus evehunt. Possessores verò in more habent tempus emortuale Eruditorum, quorum nomina Albo suo extant inserta, signo crucis addito notare; quæ omnia data occasione usu venire possunt. Quodsi enim ad comparandam rudiorem ac generaliorem Autorum notitiam consultum esse judicat VAL. HENR. VOGLERUS (*t*) Chronologos legere, qui nomina duntaxat doctorum Virorum juxta temporum seriem annotarunt; quid prohibet ad eandem nominum cognitionem sibi parandam Philothecas quoque commendare, quarum tamen longè major in hoc negotio est utilitas.

§. LVI. Tandem, ut alia jam omittam, ad rem criticam quoque Philothecæ aliquid conferunt. Contingit aliquando, eam se nobis offerre felicitatem, ut in manuscripta vario eruditionis thesauro locupletata incidamus, de quorum tamen Autoribus & vetustate nobis neutiquam constat; vel ut libro potiamur, annotationibus doctissimis, ad

(*t*) Introd. Univers. in notit. bonorum Scriptorum, Cap. II.

ad marginem scriptis, illustrato. Avidè quinam scripturæ sit Autor, quæve ejus antiquitas scire desideramus; quid hic consilii? Equidem egregia sunt criteria, manuscriptis discernendis inservientia, à Cl. B. G. STRUVIO (*k*) suppeditata. Elegantes quoque sunt regulæ diacriticæ Anonymis detegendis nuper à CHRIST. AUG. HEUMANNO (*l*) dicatæ. Sed judicet B. L. numne collatio manuscripti cum chirographis Eruditorum egregium hoc in negotio præstare possit adminiculum; qua ductus literarum modusque abbreviandi Autori cuidam usitatus facile innotescet, atque sic judicium criticum de manuscripto pronum erit. Varia verò clarorum Virorum autographa Philothecæ exhibent hanc in rem undiquaque congestæ: quarum permultas eum in finem, conatu prorsus curioso, conquisiverat, & chirographa Eruditorum inde exempta peculiari volumini, ordine alphabetico observato, inseruerat B. D. JOH. FRID. MAYERUS, quemadmodum in instructissima ejus Bibliothecâ quondam oculis usurpavi.

§ LVII. Nulla res tam bona est, quâ non in malam partem homines perversi utantur. Mirum ergo non est utilissimum rei Philothecariæ studium eadem olim expertumesse fata, eandemq; hodienum

(*k*) Fasciculo I. Actorum Literar. è Manuscriptis erutorum, num. I.

(*l*) Schediasm. de Libris Anonymis, Jenæ 1711. in 8. publicato.

adhuc pati injuriam; quæ, quot modis intentari Philothecis queat, de eo jam paucis dispiciamus.

§. LVIII. Primarius isque maximè familiaris Philothecarum abusus est, quando desidiosis quibusdam ad mendicandum inservire coguntur; quo de sequentia apud JOH. SAMUEL. ADAMI (*n*) leguntur. Vaganten, Landstreicher/ faule Hummeln und Schmarotzer haben auch gemeiniglich Stam-Bücher/ aber wozu? nicht wie Ehr- und Tugend-liebende Jünglinge/ Studenten/ so auf Universitäten/ in fremden Ländern etwas redliches zu lernen/ gewesen/ zu dem Ende/ daß sie mögen Zeugniß ihres Verhaltens/ Lebens und Fleisses seyn/ sondern/ weil sie dem liederlichen Leben/ faulentzen und schmarotziren sich ergeben/ bey wohlhabenden und gelehrten Leuten eine Verehrung zu erbetteln: gerad/ als wann ein geehrter und gelehrter Mann seinen Ehren-Ruhm einem solchen liederlichen Lümmel zu dancken und mit einem Geschenck zu erkauffen nöthig habe. Et post interjecta exempla, de duobus Vagantibus inscriptiones Eruditorum emendicatas flocci habentibus, concludit: Siehest du wohl da den Zweck/ den solche Pursche haben? So lange du spendiresi/ bücken sie sich für dir mit entblöstem Häupte/ fast bis auf den Boden. Kommen sie von dir/ verlachen sie dich

(*n*) In deliciis bibl. V. T. tom. XV. p. 952. 955.

dich/ und reissen deinen Nahmen samt den gethanen Erinnerungs-Sprüchen heraus. Es ist ihnen gar nichts güldenes oder redliches ums Hertze ꝛc. Non heri verò aut nudius tertius hujusmodi librorum abusus invaluit, sed vestigia ejus eo jam tempore apparent, quo Vagantes Scholastici, vulgo die fahrende Schüler Germaniam peragrare aliisquè molesti esse sveverunt. In cujus rei documentum liceat lepidam adferre historiam, quam JACOBUS THOMASIUS (o) ex quodam Polychorio recenset: *Circulator quidam ex eorum genere, qui in Academiis publicis ex ære paterno luxuriantes nihil literarum inde, nec quicquam aliud præter contaminatissimos mores reportant: is dum egeret, in agricolæ cujusdam ædes se contulit, indulgentias, ut vocant papales, promittens iis, qui se inscribi LIBRO illius, collatis in alimoniam pecuniis, curarent. Agrestis, cui sycophanta probè erat cognitus, abi, inquit, in malam rem furcifer! Superiori anno mihi ac omni vicinia versutia tua imposuisti. Nemo qui te satis novit, nugis fidere debebit. Respondit Circulator: num te pudet, sordide agrestis, Baccalaureum septenarum artium liberalium temerario ore lacerare? Rursus agrestis: abi inquam impostor! ego arte unica agriculturæ & uxorem, & multos alo liberos, & tu, qui septem jactas artes, turpiter men-*

(o) Discursu historico-philolog. de Vagantibus Scholasticis, Lipsiæ 1675. edito, §. 33.

mendicas? Quæ sunt illæ septem? nimirum nugari, fallere, versipellem esse nebulonem, sycophantam, vafrum, perversum, denique hominum fecem. Ecce, libri cujusdam mentio fit, cui nomina viatico dato inscriberentur, qui sive Philotheca fuerit, sive non, ad mendicandum tamen fuit adhibitus. Non omnes tamen, qui hodie Albis suis oblatis liberalitatis nostræ specimen desiderant, statim pro Vagantibus & hominibus nequam sunt habendi. Dantur enim, quos aut tristis bellorum furor, aut gravis propter religionem persecutio patrios relinquere cogit lares, & à fratribus, ut suæ succurrant innopiæ, impetrare. Dantur, quibus res quidem angusta domi, animus tamen & ardor est bonis literis & artibus erudiri. Hos, quando Philothecas suas nobis offerunt, testimonia vitæ & studiorum insimul producunt, & honestatem vultûs præ se ferunt vagantium more tractare injustum utiquè esset, cum alia eorum omninò habenda sit ratio. Discrimen hoc rectè inculcat B. SCRIVERIUS, (*p*) scribens: Dies (de inventione Philothecarum loquitur) hat gesehen die Armuth / der besten Gemüther beschwerliche Folgemagd / und als sie vermeynt hiedurch Gelegenheit zu haben / nicht allein in berühmter Leute Kundschafft zu gerathen / sondern auch ihrer Mildigkeit zu geniessen / hat sie es nachgethan. Die Faulheit / welche sich gemei-

(*p*) Loco §. LIV. p. 65.. citato.

meiniglich mit dem Bettel-Mantel decket / hat ihr solches auch zu Nutz gemacht / und ist endlich zu dem Mißbrauch gediehen / den man vor Augen siehet.

§. LIX. Alius ab hoc Philothecarum abusus in eo conspicitur, quod à quibusdam Baccho litantibus quasi indicis loco Amicorum inter pocula contractorum, nec non in conductoris vicem, ad novos sibi comparandos fraterculos habilis, adhibeantur. Sunt enim qui, cum compotationibus indulgere volunt, Album suum præstò adesse jubent, & pro numero nominum, à capite libri ad calcem usque extantium, totidem scyphos in sanitatem inscriptorum græco more evacuant. Nonnulli quamprimum aliquis collegium suum symposiacum intraverit, confestim Philothecam & cum illa fraternitatem simul offerunt. Quorum institutum pro detestanda Philothecarum profanatione haud immeritò est habendum, eandemquè meretur approbationem, quam mori quorundam pessimo dedit CL. D. G. MOLLERUS, (q) qui vitreis poculis atque vasculis, in scriniô aliquô per diversa loculamenta juxta quantitatem & figuram dispositis, Bibliothecæ nomen tribuunt, & germanicè eine Gläser-Bibliotheque appellant.

§. LX.

(q) Dissert. de Bibliotheca, Altorf. 1700. edita, §. 23.

§. LX. Nec minus iniqui sunt rei Philothecariæ æstumatores, qui Album suum eum unicè in finem autographis Eruditorum locupletare anxiè studeant, ut, ad patrios reversi lares, habeant de quo gloriari ineptè possint. Ipse ego satis multos novi, qui Viris claris, quos nunquam oculis multò minus conversatione usurparunt, Philothecas suas peralios obtulerunt, ut sub specioso inscriptionis emendicatæ prætextu, familiaritatem sibi cum iis fuisse mentiri queant. Alii quamprimùm in confabulationibus mentio injicitur Viri cujusdam docti & nostra ætate clari, confestim, se nomen ejus in Albo suo habere, tædiose gloriantur. Quam peregrinantium quorundam vanitatem, qui elatè de Philothecis suis dicunt, & nescio quam exindè gloriam affectant, notavit personatus ille PHILANDER von SITTEWALD. (r) In proscenium siquidem jactatorem quendam trahit, ab aliis interrogatum: Weil er zu Pariß gewesen / wie es daselbst diesmahlen beschaffen? Was für Doctores er gehöret? Wie das Collegium bestellet? Ob er den in aller Welt gelehrtesten Grotium, Rigal-

(r) Sive, ut verum est ejus nomen, *Joh. Mich. Moscheroscb.*, in Societate Fructifera der Träumende dictus, part. II. der Satyrischen Gesichte / Visione II. p. m. 258. Confer. cæteroqui de Satyris ejus judicium *Dn. Thomasii*, in den Monathen Anno 1688. Mense Febr. p. 177. 181.

galtium, Bertium, Salmasium, Pacium, Merillum, Gothofredos auch angesprochen? Ad quæ alterum introducit respondentem? Er habe sie alle gesehen / aber keinen gehöret? Er hätte sie auch angesprochen / und allemahl wenn sie ihn begegnet / mit Hut-Abziehen begrüsset; Hätte es ihnen angesehen / es müsten geschickte Leute seyn / wie ihm andere gesagt; wolte nicht ein groß Geld dafür nehmen / daß er sie nicht gesehen / und daß sie ihm nicht in das Stamm-Buch geschrieben hätten ꝛc.

§. LXI. Denique injurii etiam in honestum Philothecarum finem sunt, quotquot iisdem sententias inscribunt spurcitiei & offensionis plenas, eamquè in rem vel ipsis Scripuræ S. verbis in profanum sensum detortis impiè abutuntur: cujusmodi levitatis exempla præstat profundo demergere silentio, quàm prurientibus hominum auribus enarrare. Nec minor est seculi nostri pravitas, qua nonnulli, ablegato in villas pudore, picturas obscœnas & ad libidinem excitandam factas Albis sibi oblatis inserunt; adeò, ut in quorundam Philothecis eædem se nonnunquam offerant figuræ spurcissimæ, quæ flagitiosum illum librum, sub tit. *l' Ecole des filles* editum, castis oculis reddunt detestabilem. Pessimo sane instituto, quod ad lædendos teneros animos ac veneno lethali inficiendos aptum natum esse rectè judicat

dicat ERASMUS (*t*) scribens: *turpitudinis deliciis quidam sua ornant conclavia*, (Philothecas suas) *quasi juventuti desint irritamenta nequitiæ. Lingva loquitur auribus, pictura loquitur oculis; multoque loquacior est pictura, quàm oratio, & frequenter altius descendit in pectus hominis. Quid memorem quanta sit in signis & picturis licentia? Pingitur & oculis repræsentatur, quod vel nominare sit turpissimum &c.* Meritò verò Philothecæ tales, impudico calamo & penicillo dehonestatæ, inter libros damnatos & bonis moribus contrarios referuntur.

§. LXII. De cætero eadem fata tristia Philothecas quandoquè manent, quæ omnibus in universum libris sunt infesta; qualia GVILH. SALDENUS, (*t*) B.G. STRUVIUS, (*u*) CASP. LOESCHERUS (*x*) & ABRAH. HENR. DEUT-

(*t*) Apud *Jo. Molanum*, Libr. II. de Historia SS. Imaginum cap. XLII. p. 146.

(*t*) De Libris Libr. II. cap. V. quod de vario librorum fato agit.

(*u*) Differt. de doctis impostoribus, Jenæ 1703. publicata, jam vero Introductioni ejus in notitiam rei literariæ adjecta.

(*x*) Diss. de latrociniis, quæ in publicos scriptores committuntur, Witteb. in 4.

DEUTSCHMANNUS (y) ex parte recensuêre. Initio nimirum à non paucis Philothecæ contemnuntur, & tanquam suppellex peregrinatoria ingenuo homini indigna prorsus rejiciuntur; idq; ex duplici potissimum fonte, partim quod studium Philothecarium vulgare nimis videatur esse redditum, cùm non solum omnibus promiscuè Studiosis, sed &, ut supra fuit monitum, artificum ac opificum nonnullis usu veniat: partim quod Philothecas ad viaticum petendum adhibeant homines egeni & desidiosi. Unde plerosquè & tædet librorum adeo familiarium & pudet eosdem aliis offerre, metuentes, ne mendicantium notam apud alios incurrant. Quasi verò rejiciendum statim sit quicquid vulgare est & à multis usu receptum, nec res, communissimæ etiam, pretium à modo tractandi & possessore suo accipere queant? Præterea, si propter abusum culpare genuinum rerum usum velles, pleraquè certè negligenda essent studia, utpote quæ non tam sua culpa quàm cultorum suorum, qui sæpius cornua iis obvertunt, in abusum abeunt. Scilicet ut vinum etiam edecumatum in acetum nonnunquam transit acerrimum, divitiæquè ubi ad malum pervenêre dominum pravitati subjacent extremæ; ita optimæ licet res honestissimaquè studia ab illotis cultorum manibus

F attra-

(y) dissert. de depravationibus librorum potissimum recentioribus, Witteb. 1693. edita.

attrahunt labem. Tolle ergo Philothecarum abusum & usui laus sua manebit congrua. Non possum, quin hic mentionem injiciam Viri in literatura & antiquitate græca pariter ac latina versatissimi ANDR. CHRIST. ESCHENBACHII, Professoris in Gymnasio Norico doctissimi, qui, cum ante aliquot annos ipsum salutarem, referebat, se, dum in Anglia versatus esset, aliquando indignabundum Album suum in undas Thamesis prope Londinum demersisse, eò quod Vir quidam doctus, quem compellaverat, ei viaticum, Albo cui inscripserat reddito, obtulisset. Ast insimul ajebat, se præcipitantiæ hujus pœnas quotidiana pœnitentia satis dedisse.

§. LXII. Amplius haud raro Philothecæ hoc iniquum patiuntur fatum, ut depravationes experiri necessum habeant. Quod ipsum fit, quando avtographa Virorum Cl. à nasutulis Criticis vel mutilantur, vel additione literarum, syllabarum aut vocum quarundam in alium sensum detorquentur, vel alio quocunque modo ludibrio exponuntur. Scripserat quidam in Album unicam hanc voculam: *omnia*. Alius, cui ista inscriptio nimium videbatur ampullata, voculæ isti præfixit literam S. ut sic pro τὸ *omnia* legeretur *somnia*. Philothecæ amici cujusdam inseruerat nonnemo elegantem quandam sententiam, è scriptoris cujusdam Galli, Mr. LE PAYS dicti, ope-

operibus translatam, non addito tamen loco unde pericopam istam desumserat. Hoc ægrè ferens supercilioſus quidam Cato, adscripsit nomini Autoris citati, hæc verba: *quære leporem in sylva.* Sed hujus temeritatem aliter lepidè castigavit, subjiciens censuræ huic sequentia: *nec te quæsiveris extra.* Similes his Falsariorum circa Philothecas machinationes & coruptelæ quotidie observantur.

§. LXIII. Neque à rapacibus tandem ungulis Philothecæ immunes sese adeò præstare possunt, ut non sæpenumero contingat, illas cultello Flaciano ab iis, qui autographa Virorum celebrium curioſitatis aut utilitatis gratia colligunt, crassissima certè furti literarii specie, castrari. Immò ab ipsis suis possessoribus securitatem sibi promittere nequeunt. Quodsi enim inscriptorum nonnulli aut mores eorum dicto quodam aculeato notaverint, aut aliud quid minus illis placens inscripserint, plerumque ipsimet Philothecarii pagellas has proditorias exscindere atque sic Album lacerare solent. Cujusmodi exemplum JO. SAM. ADAMI (z) adduxit. Notabile prorsus fatum habuit Philotheca B. CHRIST. LAUR. RASTII, Bartensteinensis Prussi, Senatoris quondam Lœbnicensis conspicui. Hic in

(z) Delic. Bibl. V. T. Tom. XV. Anno 1704 p. 953.

sua per Imperium Romano-Germanicum peregrinatione à prædonibus, calamitoso eo tempore iter facientibus maximè infestis, omni suppellectile & cum ea Albo suo fuit spoliatus. Sed non multo post capti sunt nebulones illi, pœnasquè promeritas nequitiæ suæ dedere. Rastio verò nostro in Patriam jam reduci Philotheca est remissa, cujus fatum inscriptione sequenti, Colon. Agripp. A. 1682. Albo illius inserta, notavit J. H. HERWEGH, J U D. Curiæ Archi-Episcop. Colonienſis Assessor & Commissarius Electoralis:

Virtus post fata superstes
nec furto nec rapina tollitur.
Id quod
Libellus hic, à latronibus prope Novesium abreptus,
& postliminio restitutus suo Domino, demonstrat.

§ LXIV. Atque hæc sunt, L.B. quæ de singulari hoc argumento literario in præsentiarum proferre placuit. Fateor, materiam hanc præter omnem spem in molem quandam excrevisse, cum initio ferè desperarem vix tantum de ea conscribi posse, quantum ad plagulæ spatium implendum sufficeret. Sed cum operi manum admoverem ac calamum, Fautores etiam & Amici Philothecis me quasi obruerent, tanta se obtulit scribendi seges, ut resecare multa, ne prolixitate nimia tædium excitarem, opus habuerim. Tu collectaneis hisce literariis utere feliciter & vale!

OBSER-

OBSERVATIO II.

DE

RERUM PRUSSICARUM SCRIPTORIBUS MANUSCRIPTIS PARITER AC IMPRESSIS.

CONSPECTUS.

§. 1. *Historia Borussica cur tantis defectibus laboret?* §. 2. *Quomodo dividenda.* §. 3. *Instituti ratio.* §. 4. *Judicium de Chronicis Prussiæ MSCtis & illorum nævis.* §. 5. *Chronica MSCta potiora recensentur.* §. 6. *Chronica impressa, una cum judicio afferuntur.* §. 7. *Scripta historica minutiora adducuntur.* §. 8. *De Scriptoribus exteris, qui res Prussicas attigerunt.* §. 9. *De Scriptoribus, qui historiam Ordinis Teutonici illustrarunt.* §. 10. *De Matth. Prætorii Antiquitatibus Prussiæ ἀνεκδότοις.* §. 11. *Recensus specialis Scriptorum, qui pertinent ad historiam Prussiæ Ecclesiasticam.* §. 12. *Scriptores Jus Prutenicum*

quovis modo illustrantes. §. 13. *Syllabus Constitutionum Borussiæ Judicialium, politicarum & Oeconomicarum.* §. 14. *Scripta ad Jus publicum Prussiæ spectantia.* §. 15. *Scriptores qui historiam Prussiæ literariam illustrarunt.* §. 16. *Scripta ad historiam Prussiæ naturalem pertinentia.* §. 17. *Scriptores miscellanei & curiosi argumenti.* §. 18. *Schemata Prussiæ Geographica.*

§. I.



Historia gentis Borussicæ aut turbat interdum, aut hiat. Culpam in milites Marianos rejicit Cl. Vir. *C. S. Schurtzfleischius*, præfat. dissert. de Rebus Prussorum, §. 4. *qui vetustissimos Prussorum annales igne deleverint, non secus atq; olim Misnensium Thüringorumq; fasti aliquando abierint in fumum.* Mihi alia hac de re est sententia, utpote qui in defectu historicorum domesticorum causam potissimam repono. Et quod veteres quidem Prussos attinet tanta illorum fuit ruditas, ut illiterati prorsus essent. *Mirabantur ultra modum, quod quis absenti intentionem suam per literas posset explicare,* notante *Dusburgio,* in Chronic. Part. III. cap. 5. Hinc Deorum instar eos colebant, quos legendi scribendique peritos videbant. Da

sie

sie bey denen Cimbris Bücher und Ausschreiben sahen / dachten ein Theil Preussen die Cimbri wären Götter. Die andern aber hielten es für einen Betrug / denn sie auch nicht glauben konten / daß einer dem andern seinen Willen und Meynung zuschreiben könte / inquit *Henneberger*, in der Beschr. des Landes Preussen / fol. 6. 8. Quid mirum ergo, quod, qui literas penitus ignorarent, res suas olim scripto non consignaverint. Equidem, ut apud Germanos quondam Bardi variis carminibus historiam heroum suæ gentis conservarunt, ostendente *Morhofio*, im Unterricht von der teutschen Sprache. p. 252. ita non improbabile est in tanta sacerdotum apud veteres Prussos multitudine fuisse, qui res gestas heroum suorum vel carminibus & canticis, vel sermone ad posteros transmiserunt: quemadmodum laudationes funebres habitas olim apud illos esse ostendit. *Chr. Hartknoch*, de Rebus Pruss. Disp. XIII. p. 195. Verum nihil de iis scripto ad nostra usq; pervenit tempora. Seculo demum XIII. quo Cruciferi Prussiam intrarunt, historia Prussica scriptis fuit illustrari cœpta, & Chronicis variis continuata, quorum tamen pleraque ab imperitis scripta sunt Monachis, multa etiam deperdita. Memorabile est, quod de Magistro Ordinis *Michaële Küchmeister* von Sternberg ex Grunovii Tract. XV. c. 3. ad A.C. 1416. refert *Hartknoch* in der Preußischen Kirchen-Hist. p. 251. Als er vermercket / daß die Chronicken / so zu derselben Zeit

geschrieben worden/ denen Hussiten das Wort redeten / hat er befohlen sie zusammen zu suchen/ und dazu denen Unterthanen anbefohlen / daß sie dieselbe solten dem Orden verkauffen. Aber er hat hier seinen Zweck nicht erreichet/ weil sich die Preussen eines andern besorget/ deswegen haben viel ihre Chronicken vermauren lassen / oder sie sonst heimlich verwahret / daß niemand dazu kommen können. Præterea post tot bella funesta, quibus sæpissime devastata, immo eversa fere fuit Prussia, non potuit non, quin multis lacunis & defectibus historia Prussiæ laboraret.

§. II. Hartknochius in præfat. des Alten und Neuen Preussens A 1. b Censorinum secutus, tres constituit historiæ Prussicæ periodos (1) tempus ἄδηλον seu obscurum (2) tempus μυθικὸν seu fabulosum (3) tempus ἱστορικὸν seu historicum. Mihi historia Prussiæ est vel *fabulosa*, quæ ducitur à Rege Waydewutho & filiis ejus: vel *incerta* qualis est ante adventum Cruciferorum, vel *mutila & manca*, qualis est tempore Cruciferorum, vel denique *certa & evidens*, quæ ab Alberto primo Borussorum Duce ad nostra usque progreditur tempora.

§. III. Scriptores rerum Prussicarum præter Hennebergerum & Schützium summatim recensuit *Christoph Hartknoch*, diss. I. de variis rebus Prussicis & in præfat. des alten und neuen Preussens. Sic & *Sam. Joach. Hoppius*, in schediasmate literario, Gedan. 1707. 4. edito de scriptoribus hi-

historiæ Polonicæ §. 53. sq. nonnulla hujus commatis affert, quod schediasma notis illustratum est præmissum novæ editioni historiæ Polonicæ Joh. Dlugossi Lips. 1711. fol. per L. B. ab Huyssen procuratæ. Nos selectus rationem habituri primum scriptores rerum Prussicarum ineditos, post editos & affectos, addito brevi judicio percensebimus; quibus prætermissos ab aliis, nec non recentiores adjiciemus, & horum quidem illos tantum, qui Prussiæ, olim Ducalis, jam in Regnum evectæ historiam quovis modo illustrarunt.

§. IV. Inter Chronica Prussiæ MSCta pro optimis merito habentur, quæ ante seculi XVI. initium rudi quidem sed veraci stylo sunt conscripta: quæ vero secutis temporibus à compilatoribus sine ullo judicio sunt corrasa, viliora & nisi tanquam stagmenta, vix conservatione digna sunt. Generatim tamen in omnibus illis sequentia veniunt desideranda: 1. quod pauca admodum sint & rara; cujus rei causam §. 1. dedimus. 2. quod scripta sint ab hominibus vel idiotis, vel Monachis superstitiosis & rudibus. 3. quod ad nauseam usque sint verbosa, & quæ paucis dici poterant multis verborum ambagibus enarrent. 4. quod nonnisi homicidia, monstra, portenta, cometas, miracula, tempestates & hujus farinæ alia crepent, at necessaria magis omittant. 5. quod à Cruciferorum tantum temporibus exordium ducant, nec altius historiam repetant. 6. quod alterum ex al-

tero fideliter sit exscriptum. Denique 7. quod pleraque ab Anonymis sint congesta, ut adeo de eorum nec antiquitate nec fide judicium satis tutum ferri queat.

§. V. Præcipua Chronica Prussiæ MSCta sunt sequentia:

I. CHRONICON ORDINIS, vulgo die grosse Ordens Chronick/ item Hohenmeister Chronick. Hujus Auctor à quibusdam nominatur Episcopus quidam Paderbornensis, Sec. XII. clarus, qui institutioni Ordinis Teutonici interfuerit; de quo tamen merito dubitat *Hartknoch.* l. c. & Chronicon hoc multo recentius esse existimat, eo quod Sabellicus, Annius Viterbiensis aliive scriptorum longe recentiorum in Chronico hoc citentur: quamvis certum esse putet, scriptum esse adhuc temporibus Ordinis Teutonici post medium seculi XV. Est Chronicon hoc sæpius sæpiusque descriptum adhuc in multorum manibus, quod exscripserunt reliqui Chronicorum compilatores fere omnes. Egregium ejus exemplar extat in Bibliotheca Arcis Regiomont. cui insignia Magistrorum Ordinis eleganter sunt adpicta & tractatus additus: von der Sudauer *Ceremonien* und Bockheiligen. Continuavit illud usque ad A. 1550. Jo. Christoph. Weissenfels.

II. SIMON GRUNAU, Tolkemitanus, Monachus Ordinis Prædicatorum, sub initium seculi XVI. germanico idiomate Chronicon Prussiæ scripsit, & A. 1521. Sigismundo I. Poloniarum Regi

Regi & Episcopis ac Proceribus Prussiæ dedicavit. Complectitur XXII. tractatus, quorum summa capita dabit Hartknochius. Grunovium hunc *inter rerum Prussicarum scriptores facile Principem* vocat *Thom. Clagius*, de Linda Mariana L. I. c 7. p 36. nec immerito: inter cœcos enim regnat luscus. Omnium certe prolixissimus est, ex quo arva sua irrigavit Hennebergerus. Multa de religione & conversione veterum Prussorum habet vix alibi occurrentia, nec non de rebus à Magistris Ordinis gesta, quæ frustra alibi quæsiveris. Fatendum tamen simul est, quod myriada errorum socors hic Monachus in opere suo accumulaverit chronologicos pariter ac historicos, notatus ea propter à scriptoribus recentioribus passim. Extat hodie exemplar Chronici hujus in Bibliotheca Arcis, quod cum in schedis solutis disjectum esset, magno labore conquisivit & in ordinem redegit Dn. D. Mart. Sylv. Grabe, Consiliarius, Archiater & Bibliothecarius hodie Regius: desunt tamen tractatus vigesimus & vigesimus primus. Serius aliquanto exemplar hoc descriptum esse testantur ductus literarum recentiores; non vidit tamen exemplar illud Hartknochius. Testatur equidem se in Bibliotheca Wallenrodiana legisse tractatus à decimo, omnes reliquos: sed, quod pace ejus dixerim, extant illic tantum tractatus à X. ad XIX. inclus. reliqui pariter desiderantur. Egregium & plenum Chronici hujus exemplar servare Jesuitas Braunsbergenses in Collegio suo, retulit

tulit mihi Vir Pl. Rev. Dn. M. Heinricus Porsch, Pastor Heilgenbeilensis, quod cautione mille florenorum Polonicorum oblata à Patribus ad aliquot saltem dies petiit, sed petitis ejus annuere recusarunt homines invidi.

III. JOHANNES LINDENBLAT, Officialis Riseburgensis Chronicon aliquod Prussiæ consignavit; cujus historiam accurate recenset Vir Amplissimus & Consultissimus *Dn. David Braun*, S R.M. in Prussia Consiliarius Aulicus, literis Elbinga d. 2. Jan. Ao. 1715. ad me perscriptis, ubi ita: *Hic Author Annales Ordinis Teutonici in Prussia, suo quo vixit ævo rerum gestarum, admixtis rebus Imperii, Papalibus & aliis Europæis, ab An. 1360 videlicet nono anno imperii Vinrici a Knipprode, Magistri Generalis, incepit, & cum anno 1416. finivit. Adjectus est index, seu brevis enarratio electionis & mortis singulorum Magistrorum generalium, usq; ad electionem Pauli de Rusdorff Annum videlicet 1422. Hocce Chronicon, lingva vetusta sed jam tum mixta Franco-Saxonica, literis adhuc Gothicis, qualibus Germani adhuc medio Sæculo XV. ante Typographiæ tunc inventæ politiorem usum, scripserunt, apud hæredes Andreæ Meienreis Pro Consulis Elbingensis, nempe in domo Jungschultziana inveni, & ex Johannis Sigismundi Jungschultz Cos. Elb. concessione, descriptum possideo, cui talis inscriptus est titulus.* Dese Chro-

„ nicke des Landes von Preußin/ unde auch an-
„ der Lande Geschäffte/ dy zugleiche sint ge-
schen/

schen/ hatt Herr Johannes Officialis von Re- "
sinburg beschrebin zu latino unde wurden ge- "
wandelt darnach yn das dutsche und vo tan "
beschrebin noch synem Tode. " *Sedulus Hartknochius noster, in Catalogo Scriptorum, veteri & novæ Prussiæ suæ præfixo, ex Grunovio refert: Johannem Lindeblat germanicum Chronicon scripsisse, & ita incepisse:* Allhie fähet sich an die Beschreibung des largen Jammers der von Preußin/ *illudq; continuasse usq; ad Magistrum, Conradum ab Erlichshausen, an. nempe 1441. Item Johannem hunc factum esse Episcopum Pomesanienſem seu Riseburgensem, & secundum monumentum Marienwerdense, an. 1409. mortuum esse. Deniq; Chronicon illud plane inter deperdita scripta numerari. Equidem Hartknochius, ex collatione temporum, bene conjecit, Grunavium in eo fallere, sed quia Chronicon, tam diligens indagator Scriptorum talium, non vidit, etiam difficilia creditu, in gratiam Grunavii credere coactum se professus est. Præsertim cum & Hennebergerum, tot Chronicorum scrutatorem habeat assentatorem, qui in Explic. Tab. Geogr. pag. 400. ita in Catalogo Episcoporum Riseburgensium tradit:* Xlmus, *inquit*, Johannes Lindenblat, Officialis zu Riesenburg/ dieser hat Historien derer Preussen geschrieben/ starb An. 1409. d. 7 Marti. *Enimvero ex hoc meo Chronico, secundum originale exemplar fideliter descripto & correcto, evidenter patet: (1) Johannem Lindenblat Chronicon latinum usq; ad an. 1419. inclusive con-*

congeſſiſſe, ab alio autem Anonymo, mox ab ipſius morte, germanicè translatum & an. 1422. deſcriptum fuiſſe. Propterea etiam, quod pro deſiderio legentium ſæpius germanicum quam latinum deſcriptum, hoc plane intercidit, illud tamen conſervatum fuit. (2.) Johannem hunc Epiſcopatum Riſeburgenſem nunquam ambiviſſe, neq; an. 1409. mortuum eſſe. Ita namq; fol. 4. ſcribit: „ Item „ in vigilia Kathrine (ſcilicet an. 1376) ſtarb der „ Erwirdige Vater unde Herre/ Her Nicolaus „ Biſchoff zu Pometzen/ und an ſyne ſtad ward „ gekorin zu Biſchoffe von dem Capitel Her Jo„ hanes Monch vom Elbinge/ en Tumber der „ Kirchin/ unde hatte vill Hinderniße im Hoffe „ zu Rome von eyme Tumher von der Frauwen„ borg der hyß Her Dameraw/alſo das her doch „ Biſchoff bleb/ unde ward beſtetiget dornoch „ im neeſten Jare vor nativitatis Chriſti. *Hujus Epiſcopi Johannis aliquoties honorificam facit mentionem nempe* fol. 21. b. & f. 46. b. tandem fol. „ 50. ſcribit. Item am Tage perpetuæ & felicita„ tis ſtarb der Erwirdige Vater unde Herre Jo„ hanes Biſchoff zu Marienwerder unde was „ in dem Ampte xxviij Jar/ und an ſine ſtadt „ ward irwelet Magr. Johannes Ryman. *Por„ ro fol. 51. narrat, quomodo huic Johanni Reimanno obſtiterit Comes a Schauenburg, Epiſcopi Rigenſis ſororis filius, ad eundem Epiſcopatum a Gregorio Papa commendatus, fruſtra tamen, Magiſtro & toto Ordine Johannis, Procuratoris ſui merituſimi,*

simi, electionem Capituli fortiter evincentibus. Hunc quoq; muneris sui dignissimum fuisse laudat, & fol. 72. dolet, quod Polani ipsius Episcopatum A. 1414. penitus excusserint. Denique fol. 83. narrat, quod an. 1417. die Navit. Mariæ hic Episcopus Johannes Reiman, vir pius ac prudens, Ordinique utilissimus, vita functus, & in ejus locum Magister Gerhardus Elbingensis suffectus fuerit. Quis igitur jam credat, Johannem Lindenblat, Officialem Riseburgensem, Episcopum factum & an 1409. mortuum esse? Neque enim monumentum Marienwerdense ab Hartknochio allegatum, neq; Simonis Grunavii tradita contra ipsius Authoris relationem valent quicquam. Quibus accedit, absurdum videri, Johannem an. 1376. Episcopum electum Chronico suo, quod usque ad finem vitæ continuavit, non nisi Officialis nomen apposuisse, vel à translatore coævo adscriptum fuisse, qui tamen mox an. 1422. illud transtulit & descripsit. Grunovius itaq; nomine Johannis, quod duobus Episcopis sibi succedentibus, & Officiali commune fuit, deceptus, audacter authorem Chronici appellavit Episcopum, quem Hennebergerus, quia Chronicon hoc ipse non vidit, prout fere semper, cæca obedientia secutus. Magis miror, Clarissimum virum ANDREAM MEIENREIS Pro-Consl. Elb. in annotationibus suis ad Hennebergerum manuscriptis amplissimis, quas possideo, idem hocce Chronicon, quod ipse magna præ tot scriptoribus & doctis viris Historicis Prussiæ felicitate originaliter possedit, semper sub titulo

Jo-

Johannis Episcopi allegare. Sed & ille relatione Grunavii & Hennebergeri deceptus, rem, quam ante oculos habuit, inquirere oscitanter neglexit. Certe si in ullo alio errore, quorum myriadem socors ille Monachus, Simon Grunau, in opere suo accumulavit, a sagaci nostro Hartknochio increpandus fuit, ille adeo crassus objurgationem ipsius meruit, quod principium historiæ Johannis Lindenblat plane absurdum, a tempore, quo scripsit, & de quo scripsit, alienissimum effingere ausus sit. Tale enim est principium hujus Chronici: Anno „ Domini MCCCLX. was gros Wint um as- „ sumptionis Mariæ, daß dy Eychin unde dy „ Bowme umvielen us der Erdin mit den „ Wortzeln. Der Wint furte ein Glothuß zu „ Mispilswalde bobin 40. Fusse von der stat als „ is stunt mit den Glocken unde bleb doch gantz. *Et sic simplici genere dictionis suæ narrat potissimos eventus in Prussia, & per alia regna Europæ. Cæterum res Ordinis Teutonici per singulos annos, pace belloque gestas, satis perspicue narrat & multas circumstantias aliis neglectas refert. Nisi quod fere perpetuò causam ordinis justificet, Polonos ubique damnet & infectetur, in quo Historicus liberum a partium studio animum non servavit. Nihilominus non plus egit, quam Dlugossus aut Cromerus atque magis horum sequaces, pro Polonis suis ubique declamantes. Denique quod nec Schützio, Hennebergero, Hartknochio, imò nec ipsi Grunovio Chronicon hoc adipisci & inspicere li-*

licuit, cristam mihi quodammodo erexit, ut rarissimi & fortè unici originalis Chronici tam antiqui exemplar mihi perlegisse, excerpsisse, deniq; & descripsisse facultatem fortuna concesserit. Nullus dubito, quin & illi de historia nostra meritissimi Viri, magnam curam & sumptus impenderint, ut quotquot sub sole adhuc integra quaqua latent scripta Prutenica, nanciscì potuissent. Sed & illi mysantropiam Virorum, qui hujusmodi reliquias antiquitatis possident & abscondunt, æque incusarunt sicut ego multoties cogor Chrysophagos tales increpare, qui sicut sorices illi in aurifodinis aurum vorant, non ut digerant, sed ut ab hominum usu abscondant, & putredini atque tineis, tandem & stolido hæredi ab hominum conspectu perdenda relinquant. Hactenus Dn. Braunius, cui de MSCto hoc rarissimo gratulamur, vitamque & vires ad editionem ejus animitus precamur.

IV. JOHANNIS Radewalts Preußische Chronica in 4. reperitur in Bibliotheca Regiomontana Arcis, inter libros ex legato Radziwilliano huc translatos, cujus ligaturæ Annus 1565. est impressus, cum literis H.R. nomen sive Auctoris sive Possessoris referentibus. Chronica siquidem Prussiæ MSCta non modo ab auctore sed & plerumque a possessore vulgo denominantur. Incipit Chronicon hoc more aliorum ab Ordinis adventu, & in Alberti infeudatione in terras Prussicas terminatur. Superflua hic sunt omissa & necessaria non absque judicio compilata.

V. JOHANNIS Freyburgs Preußische Chronica, cum aliis hujus farinæ in curia Palæopolitana, quæ Regiomonti Borussorum est, asservatur. De hac ita *Hartknochius*, l. cit. B. 3. Sie ist unter denen Preußischen geschriebenen Chronicken/ die mir zu Handen kommen sind/ fast die beste. Multa inprimis affert historiam Regiomontanam illustrantia, & probabile est scriptorem hunc tempore certaminis Osiandristici vixisse.

VI. ISRAELIS HOPPII, Pro-Consulis Elbingensis, *Decennale Borussiæ Fatum* oder zehnjähriges wiederwärtiges Glück der Lande Preussen/ von An. 1626. Historiam belli Suecici & motuum in Prussia excitatorum Autor per modum diarii persequitur.

§. VI. Progredimur ad Chronica Prussiæ typis descripta, aliaque scripta historica huc pertinentia, quorum potiora sunt sequentia:

I. PETRI DE DUISBURG, Chronicon Prussiæ, sub initium Seculi XIV. scriptum, in quo Ordinis Teutonici origo, nec non res ab An. 1226. usque 1326. in Prussia gestæ exponuntur. Primus rerum Prussicarum scriptor est Duisburgius omniumque probatissimus. Fatendum tamen est Chronicon hoc exsuccum & exsangue satis esse. Germanice illud transtulit & rythmis quidem inclusit Nicolaus Jeroschinus, quæ translatio germanica nunquam typis est edita, sed ex Bibliothecæ Regiomontanæ MSCtis Berolinum deportata:

tata: Polonice etiam *Strykovius* illud transtulit. Continuavit Duisburgium ad annum usq; 1435 Anonymus quidam, quem Hartknochius conjicit fuisse Secretarium Legationis Ordinis Teutonici ad Sigismundum Imperatorem; succincta tamen admodum est hæc continuatio. Edidit Chronicon Duisburgii ex codice mendoso, collatis tamen versionibus illis, præterea notis peculiaribus, privilegiis quibusdam antiquorum Prussorum nec non dissertationibus XIX. de variis rebus Prussicis auxit *Christophorus Hartknoch*, Jenæ 1679. in 4.

II. ERASMUS STELLA, Med. D. & Consul Zigneensis, libros duos de Borussiæ antiquitatibus edidit, quos Basileæ An. 1518. quinq; circiter foliis impressit Frobenius, & præterea comparent in collectione diversarum navigationum & itinerum a *Joh. Hutichio* facta, Basileæ 1536. fol. item in Corpore Historiæ Polonicæ Tom. I. Collectanea mera sunt ex Geographis & Historicis veteribus, qui res Gothorum descripserunt: multa etiam ex traditione, ut ipse fatetur, hausit, & denique brevissima ejus est relatio. *Fridericus Zamelius*, Consul Elbingensis, antiquitatum Prutenicarum studiosissimus, ad hunc Stellæ libellum plenum adornasse commentarium, forte & absolvisse, non vane creditur. Nam idem Poëta eximius Epigrammata sua, titulo: *Familiæ Monumentum* Elbingæ an. 1645. typis impressa sic finit:

Est aliquod quod Stella micas: si non mea Parcæ
Stamina dissolvent, stat, plenum immittere solem.

Hunc commentarium, cum potissimis ejus manuscriptis, hæredes Zameliani in curia Elbingensi detineri dolent. Sed quid de eo exspectandum sit docet Dn. Braunius, ita scribens: *Quodsi mihi ex visis schedulis nonnullis Zamelii hujus judicare liceat, Virum industrium & magna cura antiquitates scrutatum; sed sicut Poëta fuit eximius, ita in seriis historicis negotiis absq; judicio versatum, in minutiis nimis laborioſum, in materiis vero dignioribus & illustribus plane imbecillem & indiligentem fuisse existimo; adeoq; res Prutenicas non admodum ipsius manuscriptis juvari posse, maxime cum Hartknochius toties in scriptis suis laudet, Zamelium filium Gotofredum, quæcunque pater & ipse corrasissent, liberaliter ipsi communicasse, quæ si quicquam valuerint, absq; dubio Hartknochii operi inserta sunt.*

III. M. GEORGIUS RANIS exiguum Magistrorum Ordinis Chronicon ανονύμως scripsit, quod Elbingæ An 1563. in 8. & iterum An. 1564. in 4. editum est apud Wolffgangum Dietmarum Typographum, hoc titulo: Kurtze Erzehlunge der Hohemeistere Deutsches Ordens / welche anfänglich geweſen und biß zu unser Zeit regieret haben. Atque hoc primum est omnium Chronicorum typis exscriptorum, quod rarissime qui-

quidem conspicitur, parum tamen aut nihil in recessu habet.

IV. JOHANNES DAUBMANNUS, Typographus Regiomontanus, ex æmulatione erga typographum Elbingensem simile Chronicon edidit, & Regiomonti 1566. in 4. publici juris fecit, hoc titulo: Kurtzer Auszug der Preußischen Chronicken/ von dem Jahr 1200. biß auff diese jetzige unsere Zeit (An. 1525.) in welchem alle Hohemeister samt ihren fürnehmsten Krieges-Handlungen und Thaten erzehlet werden. Inscripsit Marchioni Alberto primo Prussorum Duci Chronicon hoc, quod partim ex Ranisio partim ex aliis compilaverat.

V. M. DIONYSIUS RUNAU, Dirschaviensis, Witteberg. 1582. in 4. typis commisit; Historiam und einfältige Beschreibung des grossen dreyzehnjährigen Krieges in Preussen im Jahr 1454. angefangen/ und An. 1466. geendet/ samt einer kurtzen Historie des kleinen zweyjährigen Krieges in Preussen zwischen dem Könige Sigismundo und dem XXXIV. Hohemeistern Marggraff Alberten; item einer Erzehlung/nach Ordnung des Alphabeths, der Städte und Schlösser im Lande Preussen. Particulam historiæ Prussicæ tantum complectitur Auctor, opera non contemnendâ.

VI. M. CASPAR. SCHÜTZIUS Eislebiensis, Secretarius Gedanensis, libros undecim scripsit hoc titulo: *Historia rerum Prussica-*

rum i. e. **Wahrhaffte und eigentliche Beschreibung der Lande Preussen**/ quorum decem tantum impressi sunt, undecimus adhuc in MSto superesse creditur. Prior editio est, quæ cum tabula geographica Henr. Cellii, insignibus Magistrorum Ordinis, aliisque figuris prodiit Servestæ 1592. in fol. Altera editio, omissis figuris prodiit cum continuatione *Dav. Chytræi*, & *Georgii Knoffs* descriptione belli a Stephano adversus Gedanenses 1577. suscepti, Lipsiæ 1599. in fol. Habetur Chronicon hoc pro optimo inter Chronica vetustiora impressa; merito tamen ob nimias digressiones culpatur Autor à *Schurtzfleischio*, in Rebus Prussorum.

VII. CASPAR HENNEBERGER, primum Pastor Mülhusinus post Hospitalis magni quod Regiomonti est, duplex edidit Chronicon, quorum primum impressum est Regiom. 1584. in 4. hoc titulo: **Kurtze und wahrhaffte Beschreibung des Landes Preussen**/ ubi præter tabulam chorographicam, adjecta est descriptio germanica omnium Magistrorum Ordinis a Daubmanno quondam edita. Alterum vero sub titulo: **Erklärung der Preußischen Land-Tafel**/ Regiom. 1595. in fol. impressum est, ubi pariter, prolixiori tamen stylo, vitæ Magistrorum Ordinis exhibentur & urbes, oppida & pagi Prussiæ una cum memorabilibus serie Alphabethica delineantur. Posterius hoc scriptum ipse *Thomas Clagius*, Jesuita, multis evehit laudibus, in Linda Mariana

L. 1.

L. 1. cap. 5. p. 23. Hoc tamen merito in Scriptore hoc taxant eruditi, quod Grunavium cæco impetu semper secutus fuerit, multas quoq; fabulas aniles & nequidem probabilitatis speciem habentes admiscuerit. Ceterum *Andream Meienreis*, Proconsulem Elbingensem, annotationes ad Hennebergerum scripsisse, testis est Dn. Braunius, qui de MSCto hoc sibi impense gratulatur.

VIII. MATTHÆUS (quem Hartknochius, nescio quo fato, semper *Thomam* appellat) WAISSELIUS Pastor Langheimensis, Reg. 1599. in 4. publici juris facit Chronica Alter Preußischer / Eiffländischer und Curländischer Historien &c. quod Chronicon ad annum 1525. extenditur & mera est compilatio ex Chronico Ordinis, nisi quod nonnulla ex Runavio descripta addiderit.

IX. ANONYMUS BELGA Chronicon Prussiæ in lingua vernacula Harlemi An. 1657. edidit; sed ex libello Hennebergeri priori verbotenus desumptum & tantum foliis quibusdam auctum.

X. MARTINUS ZEILLERUS, Austriacus Topographiam Prussiæ & Pomerelliæ edidit, quam Matth. Merian figuris illustravit. Addita est Topographiæ Electoratus Brandenburgensis Francof. ad Mœnum 1652. in fol.

XI. M. CHRISTOPH. HARTKNOCH Passenheimensis, Gymnasii Thorunienſis Professor, (de cujus vita & scriptis vide *Prætorii* Athenas Ge-

danenses p. 216.) dissertationes quasdam, de variis Rebus Prussorum, edidit, quas Chronico Duisburgii notis illustrato adjecit, quemadmodum supra memoravimus. Postea Francofurt. ad Mœnum An. 1684. in fol. cum figuris multis edidit Das alte und neue Preussen. Hic in quibusdam consspirat cum Chronico Duisburgii ejusque continuatore: in nonnullis vero differt ejus relatio, complurima hic de novo sint adjecta, & reliqua plenius uberiusque explanantur. Diligentissimus ceterum rerum Prussicarum investigator est Hartknochius, cui præterea bibliothecæ ac Archiva patuerunt & subsidia abunde ab aliis fuerunt subministrata. Judicium undique limatum ex scripto hoc ejus dispalescit, adeo ut parem in hoc genere non habeat: quamvis diffitendum non sit, eundem aliquando, ut in rebus dubiis & vetustate obsoletis fieri solet, nimis credulum fuisse adeoque hallucinatum esse. Novam Hartknochii editionem parant Bibliopolæ Hallervordii hæredes, quam supplementis & emendationibus multis illustrabimus, si Deus vitam & vires concesserit, Fautores etiam symbolæ contulerint.

§. VII. Spectant huc etiam scripta minutiora, quæ historiam Prussiæ Geographico-Politicam suo modo illustrant. Ita *Conrad. Sam. Schurtzfleisch*, Hist. Professor Wittebergensis Res Prussorum, per modum dissertationis A. 1672. edidit, ad quam etiam An. 1674. in 4. Annotata scripsit, quæ conjunctim reperiuntur in Dissert.

ejus

ejus Historico-Civilibus Lipſ. 1699. impreſſis n. XXVII. Diſſertatio hæc epitome quaſi eſt hiſtoriæ Politicæ Pruſſiæ. In eo tamen ſine dubio à vero aberrat Vir Cl., quod probare annitatur Pruſſiam ab Ordine Teutonico acquiſitam eſſe ſub fide atque clientela Imperii Romano-Germanici. In hanc Schurtzfleiſchii diſſertationem Chriſtophorum Hartknochium annotationes ſcripſiſſe, quæ in MSto lateant, teſtatur *Prætorius*, in Athenis Gedanenſibus p. 217. In hunc porro cenſum venit *Andreæ Crebſii* J.V.D. Oratio de ſtatu Boruſſiæ Ged. 1643. 4. edita. *Reſpublica Pruſſiæ* apud Elzevirios inpreſſa; inprimis vero *Germani* Adlerholds/ höchſtgeprieſenes Preuſſen/ Francof. & Lipſ. 1704. 12. Quis ſub hoc nomine lateat exploratum mihi, non eſt: hoc tamen certum habeo, auctorem natione Boruſſum non fuiſſe, cum in hiſtoria & geographia pudendos ſæpe commiſerit errores. Ipſe certe ſe compilatorem tantum eſſe in præfat. fatetur: Ich geſtehe gar gerne ſcribit, daß ich aus der Hartknochiſchen reichen Quelle das meiſte dieſes Wercks geſchöpffet/ und was ich hier und da bey neuen Scribenten gefunden/ auch diejenigen Dinge/ ſo ſich in Preuſſen nach des Herrn Hartknochs Zeiten begeben/ etwas weitläufftiger als das andere berühret.

§. VIII. Nec minus conſulendi ſunt Scriptores exteri, qui aliud quaſi agendo res Pruſſicas attigerunt, quales ſunt v.gr. *Albertus Crantzius* in Vandalia, & qui hunc ſupplet *Dav. Chytræus*. Nomi-

nandus etiam *Iornandes*, qui Geticis & *Chalcondylas*, qui Turcicis suis plurima interseruit Slavica; nec non *Thuanus* cum digreditur ad origines Germanicas. Inprimis vero in subsidium vocandi sunt Scriptores Polonici *Vincentius Kadlubko*, cujus exstat Chronicon, Dobromili 1612. editum. *Joh. Dlugoſſus*, cujus Annales Polonici junctim nuper aliquot tomis prodiere. *Matthias Miechovius*, qui Chronicon Poloniæ scripsit. *Martinus Cromerus*, *Salomo Neugebauer*, *Joachimus Paſtorius*, *Martinus Stryckovius* & forte alii. Noviſſime editæ sunt *Andr. Chryſoſt. Zaluski* Epistolæ historico-familiares Brunsb. 1709. Tom. 3. in fol. quibus multa ad historiam-Politicam Prussiæ noviſſimam continentur maxime arcana.

§. IX. Denique in subsidium vocandi sunt Scriptores, qui historiam Ordinis Teutonici scriptis illustrarunt, utpote *Joh. Caſp. Venator*, im hiſtoriſchen Bericht vom Marianiſchen deutſchen Ritter-Orden des Hoſpitals unſerer lieben Frauen zu Jeruſalem. Norimb. 1680. in 4. *Joh. Petr. Ludovici*, Profeſſ. Halensis, im vertheidigten Preuſſen / wieder den Anſpruch des deutſchen Ritter-Ordens / Mergentheim 1703. in 4. *Joh. Petr. Titius*, in Orat. seculari, de Prussia seculum libertatis, sublata Cruciferorum tyrannide, tertium ordiente Gedan. 1654. *M. Martinus Böhm*, Profeſſ. Thorunienſ. dissert. tribus, quibus exhibet conſpectum Magistrorum Ordinis Teutonici, Thorunii 1711. in 4. *Chriſtian. Gryphius*, im kurtzen Ent-

Entwurff der Geist- und weltlichen Ritter-Orden / quæ sciagraphia primum An. 1697. tecto autoris nomine prodiit, An. 1709. vero auctior edita est. De vitis Magistrorum Prussiæ, tam generalium quam provincialium, scribere etiam meditatus est *M. Matthæus Prætorius*, ut testatur in *Syllabo antiquitatum Prussicarum* in Epilogo; sed nihil ejus rei prodiit. Asservantur quoque inter MSCtaBibliothecæRegiomontanæArcis,regulæ Teutonicorum in Codice Membranaceo literis Gothicis scriptæ, nec non variorum Imperatorum & Pontificum privilegia Ordini Teutonico largita & hujus commatis scripta alia. Denique quia Ordo Teutonicus cum Ordine Ensiferorum in unum coaluit, hujus scriptores hic etiam conferantur, quales imprimis sunt Fratres *Schurtzfleischii*, quorum alter dissertationem de Ordine Enfiferorum Wittebergæ 1655. edidit, quæ inter dissertationes Historico-Civiles exstat; alter Historiam Ensiferorum, Witteberg. 1701. in 8. publici juris fecit.

§. X. Nunc ad scripta affecta & inedita properamus, quæ inter, præter MSCta Zameliana supra memorata, eminent M. *MATTHÆI PRÆTORII*, Memelensis, Antiquitates Prussicæ. Non prolectariam Autor hic videtur habuisse rerum Prussicarum notitiam, siquidem non modo ipse Hartknochius honorificam ejus sæpe injicit mentionem & in rebus dubiis ad ejus authoritatem sæpe provocat, sed etiam omnium maxime palatum plu-

plurimorum sollicitavit, dum una & dimidia plagula in 4. ederet: *Syllabum materiarum in Opere intitulato:* Deliciæ Antiquitatum Prussorum, *exponendarum*, qui syllabus plures ante annos prodiit, & summa capita exhibet materiarum fusius aliquando pertractandarum. Non gravabimur summa hæc capita excerpere & hic adponere. Agit scilicet

LIBER I. de *Topographia Prussiæ.*

Caput 1. De nominibus, quibus olim Prussia indigitata.
2. De imperio Prusico tempore Kryweorum & finibus ejusdem.
3. De finibus, situ, contentis &c. Prusiæ proprie sic dictæ.
4. De Provinciis Prusicis.
5. De Mutationibus terrarum Prusicarum.
6. De Urbibus Prusicis & earum Conditoribus.

LIBER II. De *Originibus Prussicis.*

Caput 1. De populis fictitiis in Prusia.
2. De Venedis, Herulis, Hirris, Vinis & Vineitis.
3. De Vandalis.
4. De Galindis, Sudinis, Stavanis.
5. De Alanis.
6. De Æstiis & Scyrrhis?
7. De Gothis.
8. Unde origo Prussorum.

LIBER

LIBER III. De *habitu veterum Prussorum*
Caput 1. De externa forma Vet. Prussorum.
2. De gigantibus & nanis Prusficis.
3. De dubiis hominum generibus.
LIBER IV. De *Lingua Veterum Prussorum.*
Caput 1. De Origine linguæ Prusficæ.
2. De verfionibus variis Cathechifmi Prusfici.
3. De variis dialectis linguæ Prusficæ.
4. De fcriptione veterum Prussorum.
LIBER V. De *rebus Sacris veterum Prussorum.*
Caput 1. De locis facris.
2. De Diis Romoveanis.
3. De Diis mediis veterum Prussorum.
4. De inferioribus Diis Prusficis & rebus facris.
5. De Miniftris facris.
6. De diebus feftis veterum Prussorũ.
7. De feriis & feftis Nadravorum, Zalavorum, &c. quæ hodie in occulto celebrantur.
8. De variis Ceremoniis idololatricis infacrationum hodiernis.
9. De Sponfalibus & Nuptiis Vet. Prussorum.
10. De Ceremoniis in Puerperiis.
11. De funeralibus Vet. Prussorum.
LIBER VI. De *Religione Chriftiana.*
Caput 1. De origine Religionis Chriftianæ.
2. De Epifcopatibus Prusficis.

3. De

3. De variis Sectis.
4. De reformatione Ecclesiæ Christianæ.

LIBER VII. De *Republica veterum Prussorum.*

Caput 1. De forma status.
2. De jure Vet. Prussorum.
3. De militia V. P.
4. De Bellis V. P.

LIBER VIII. De *Nobilitate Veterum Prussorum.*

Caput 1. De Nobilitate in genere.
2. De distinctione Nobilium.
3. De familia Weidywuti.
4. Familiæ veterum Pruss. Nobilium & eorum res gestæ secundum Alphabetum.
5. Catalogus familiarum hodiernarum Nobilium in Prussia.

LIBER IX. De *re Oeconomica veterum Prussorum.*

Caput 1. De ædificiis. Vet. Prussorum.
2. De cibo & potu V. P.
3. De vestitu V. P.
4. De re Medica. V. P.
5. De mediis sustentationis.
6. De re monetaria V. P.

LIBER X. De *Succino Prussico.*

Caput 1. De essentia succini.

2. De

2. De variis generibus ejus.
3. De loco & propria sede succini.
4. De statutis succinariis.

Singulis his capitibus etiam summa capita paragraphorum brevibus sunt subjecta, materias curiosissimas promittentia. Sed verò cum Autor hic gloriæ esset cupidissimus nec stationem meritis suis, ut existimabat, congruam apud Evangelicos inveniret, An. 1684. ad castra Pontificiorum transiit & Olivæ, monasterio prope Gedanum, eodem anno carmen panegyricum in honorem Joh. III. sub titulo, *Scuti Regii*, scripsit. Inde Stargardiæ Parochiam nactus An. 1688. Olivæ Orbem Gothicum publicavit, quo Polonis adulatus, eos genuinos Gothos origine faciens. Mox Præpositus Weiheropoli in Cassubia factus, magnum volumen pulchre descriptum iconibusque ornatum, titulo: *Historiæ Prutenicæ absolutissimæ* An. 1703. per Residentem Dominum Adamum Rubach, Aulæ Regiæ Borusicæ, typis impensisq; Regiis edendum obtulit, quod Berolinum avectum interveniente An. 1707. morte autoris inditum mansit, & Bibliothecæ Regiæ illatum adhuc jacet, dignum quod publici juris fieret. Atq; hæc ex relatione Dn. Braunii habemus, cui majorem tribuimus fidem, quam nonnemini, qui existimabat Prætorium nihil tale quid paratum habuisse, sed tantum ex æmulatione erga Hartknochium, qui eo tempore in editione Historiæ Prusicæ occupatus erat, schema hoc publicasse.

§. VI.

§. XI. Et hæc de scriptis historiam Prussiæ geographico-politicam illustrantibus, dicta sufficiant. Progredimur ad historiam Prussiæ Ecclesiasticam. Atq; huc pertinent scripta sequentia. *Chr.* Hartknochs Preußische Kirchen-Historie/ Francof. & Lipſ. 1686. 4. *Jacobi* Herden/ bekehrtes Preussen/ Thorun. 1690. 8. *Andr. Wengerſchii* Slavonia reformata, seu historia Ecclesiast. Ecclesiarum Polonicarum, Bohemicarum, Lithuanicarum & Prusicarum. Amstel. 1679. 4. *Joh. Menetii* vel *Malatii* Epistola ad Sabinum, de sacrificiis & idololatria Veterum Prussorum. Reg. 1551. & 1563. in 4. quæ etiam extat. T. 1. Script. Polon. p. 417. *Cœlestini Mülentæ* Prolegomena ad manuale Prutenicum, Regiom. 1626. 8. ubi fusius de religione Prussorum agitur. *M. Petr. Sickii* Oratio, de statu Ecclesiarum Prutenicarum, Regiom. 1572. 4. Conferendi hic porro sunt scriptores de vitis Sanctorum Prusiæ, nec non miraculorum. Patronus Prusiæ ex Sanctis habetur Adalbertus, de cujus vita videndus est *Caninius*, Tom. II. Antiq. Lect. Part. II. p. 329. *Laur. Surius*, in vitis Sanct. ad diem 23. April. & *M. Christian Helwich*, diss. II. de vita S. Martyris Adalberti, Hungarorum Prussorumque Apostoli, Reg. 1693. 4. De vita S. Dorotheæ Prusiæ Patronæ aliorumque ejus Patronorum extat libellus *Fridr. Szembeck*, S. J. Thorun. 1638. impressus & A. 1698. 8. recusus. De Linda Mariana s. B. Virgine Lindensi libros V. scripsit *Thom. Clagius*, Colon.

lon. Vbior. 1659. 8. De Calice Rudavienſi in ſanguinem miraculoſe mutato, nuper Gryphiſwald. 1717. 4. diſſeruit *D. God. Alb. Pauli.* Spectant huc etiam libri Eccleſiarum Prutenicarum ſymbolici & Eccleſiaſtici v. gr. *Repetitio Corporis Doctrinæ Prutenicæ*; cujus hiſtoriam ſcripſit *Mart. Böhm*, diſſ. de Corpore doctrinæ Prutenicæ, ejusque repetitione. Thorun. 1707. 4. & *J. A. Schmidius.* Progr. de Corporibus Doctrinæ &c. Helmſt. 1704. 4. *Agenda Eccleſiaſtica*; vulgo **die Preußiſche Kirchen-Ordnung**/ quæ primùm prodiêre A. 1525. alterâ vice A. 1530. & quidem latine; tertiâ iterum in vernacula A. 1544. quartâ vice A. 1558., quæ editio varias excitavit turbas, & demum abrogata fuit; quinta vice A. 1567. denique ſextum A. 1568. in 4. Poſteriores duæ editiones ab Electore Jo. Sigismundo A. 1609. ſunt approbatæ. Nec minus huc pertinent: **Die Erwehlung der beyden Biſchöffe zu Samland und Pomeſan** A. 1567. in 4. *Joh. Wigandi* Corpuſculum doctrinæ Epiſcopatus Pomeſanienſis A. 1578. 4. *D. Berh. von Sanden* Inſtructio Miniſtrorum Verbi in regno Pruſſico Reg. 1707. in 4. Receſſus generalis **der Kirchen-Viſitation im Inſterburgiſchen und andern Litthauiſchen Aemtern** 1639. 4. Denique ſuum hic etiam locum inveniunt ſcripta in certamine Oſiandriſtico & Syncretiſtico ab utraque parte edita & MSCta & impreſſa, quorum inſignis apparatus in Bibliotheca Arcis Regia & Templi

Cneiphofienſis extat. Item ſcripta eriſtica inter Lutheranos & Reformatos ventilata, cùm hi Pruſſiam ingrederentur. Hæc omnia enim & hujus commatis plura hiſtoriam Pruſſiæ Eccleſiaſticam ſuo modo illuſtrant.

§. XII. Seqvuntur ſcripta Jus Prutenicum quovis modo illuſtrantia, quorum quinque conſtituimus claſſes. *PRIMA* illorum eſt, qui hiſtoriam Juris Pruſſici enuclearunt, quo ſpectant *M. Chriſtophori Hartknochs* diſſert. de Jure Pruſſorum, quæ exſtat inter ejus diſſert de variis rebus Pruſſicis n. 17. *D Zachariæ Heſſen* diſput. de uſu & auctoritate Juris Romani in foris Pruſſiæ Ducalis. Reg. 1698. 4 & *D. Joh. Reinholdi Gruben* Spicilegium Juridicum, de varia fortuna & utilitate Juris Rom. in Regno Prutenico, Regiom. 1713. in 4.

ALTERA claſſis Corpora Juris Prutenici complectitur; atque huc pertinent: Das Culmiſche Recht. Thorn. 1584. in fol. & Brunsbergæ 1711. in f. Die Preußiſche Lands-Ordnung/ de Anno 1577. & 1640. in f. Privilegia der Stände des Hertzogthums Preuſſen/ 1616. in f. Preuſch Land-Recht latinè Roſtoch. 1623. & germanicè revidirt 1685. in fol. Conſulenda ſimul eſt *D Joh Mitzelii* Oeconomia Juris Provincialis Ducatus Pruſſiæ Regiom. 1673. in f.

TERTIAM claſſem conſtituunt Interpretes Juris Prutenici, quo ſpectant *D. Georg. Gruben*, Compendium Juris Prutenici, Regiom. 1708. in 4.

in 4. excusum: nec non dissertationes variæ ad diversos Juris Prutenici textus, a JCtis Borussicis in Academia Regiomontana & alibi editæ.

QUARTA classe comprehenduntur, qui Processum Juris in foris Borussicis monstrarunt. Atque huc inprimis facit *D. Georg. Gruben*, Judicii Aulici Consil. tractatus Juridicus, de processu fori, secundum ordinationem, stylum, consuetudinem, tam inferiorum quam superiorum in Prussia Judiciorum, qui Dantisci 1696. & Regiom. 1699. in 4. prodiit: cujus editionem novam meditatur Vir Amplissimus longe locupletiorem.

Ad QUINTAM denique classem referimus Scriptores, qui de convenientia & differentiis Juris Prutenici ab aliis differuerunt, quorum potiores sunt. *D. Joh. Amseln*, Disp. I. exhibens Juris Electoralis Prutenici tempora in horis, diebus, septimanis & mensibus, cum Jure Cæsareo Romano collata. Regiom. 1696. 4. *Ejusdem* disputat. II. exhibens Jur. Elect. Prut. tempora ab uno anno usque ad centum annos &c. ibid. 1697. 4. *Ejusdem* Centuria Positionum Juris Rom. cum Jure Prut. collatarum 1713. *D. Christoph. Wegneri* dissert. inaug. de differentiis Juris Civilis Cæsarei & Provincialis Prutenici Reg. 1640. 4. *D. Theod. Pauli* de differentiis quibusdam Juris Civilis & Prutenici ex Libro primo, Regiom. A 1676. in 4. Disput. Jurid. de differentiis Juris Civilis Cæsarei, Provincialis Prutenici & Polonici, quam Præsidè Joh. Frid. Bœckelmanno habuit *Henr. Frid. à Rip-*

pen, Lugd. Bat. 1677. 4. Disputatio Juridica exhibens convenientias Juris Culmensis & Gedanensis, cum Jure communi, Saxonico, Prutenico & Lubecensi, quam Præside Joh. Klein/ Rostoch. 1697. 4. habuit *D. G. Nimsgart.* Prostat quoq; *Georg. Christoph. a Perbandt* disput. inaug. de differentiis Juris feudalis communis & Prutenici Provinc. Reg. 1695. 4. Item dissert. Juridica: de Casibus quibusdam extantioribus Jure Romano institutionum expresse decisis, Jure vero Prutenico omissis, quove casibus ejusmodi obvenientibus recurrendum? quam, Præside D. Jo. Amseln, edidit *Georgius Büschel*, Reg. 1717. 4. Tandem *D. Joh. Jac. Ranisch* disput prælim. de inconvenienti Juris Germanici & potissimum Prutenici, ex Jure Civili in casibus quibusdam, interpretatione & decisione, Reg. 1718. 4.

§. XIII. Suum quoque hic locum habent variæ Constitutiones Judiciales, Politicæ & Oeconomicæ, diversis annis editæ, quarum potiores sunt:

Die Hoffgerichts-Ordnung des Hertzogthums Preussen/ quæ primum prodiit Reg. 1578. dein auctior 1583. 4.

Verfassung des Ober-Appellation-Gerichts im Hertzogthum Preussen. Reg. 1657. fol.

Wechsel-Recht/ 1684 in f.

Avarie-Recht/ 1684. in fol.

Wett-Ordnung/ 1666. in MSto.

Lieger-Ordnung/ 1669. in MSto.

Wett-

Wett- und Lieger-Ordnung der dreyen Städte/ Königsberg A. 1715. fol.
Börnstein-Ordnungen/ 1644. in 4. & 1693. in fol.
Fiscälisch Reglement/ 1698. in f.
Duell-Edicta Berlin/ 1688. 1713. & 1718. in f.
Post-Reglement.
Rang-Reglement/ 1705. in f.
Commercien- und Licent-Gerichts-Ordnungen/ 1685. in fol.
Licent- und Zoll Taxa, 1691. in f.
Bordings-Reglement/ 1684. in f. & 1691. in f.
Contributions-Anlage und Accise-Ordnungen von An. 1586. 1627. 1655. 1657. 1658. 1662. 1663 1666. 1690. 1713.
Einquartirungs-Reglement/ 1678. 1679. 1699. 1713.
March-Reglement/ 1713. in f.
Commissariat-Reglement/ 1716.
Chargen-Cassen Reglement/ 1705. in f.
Brau-Ordnung der Städte Konigsberg/ 1692. & 1709. in fol.
Feuer-Ordnung/ 1667. in f.
Feuer-Cassen Reglement/ 1705. in f.
Tax-Ordnungen/ 1640. & 1666. in f.
Sebalds Becker-Ordnung/ fol.
Brodt-Ordnungen/ 1619.
Jacht- und Holtz-Ordnung. fol.
Holtz-Ordnung/ 1624.
Brenn-Holtz Reglement/ 1702. in f.
Fischer-Ordnung/ 1589. in f.

Revidirte Haabe- und Fischer-Ordnung / 1640. in 4.
Ambts-Artickel / An. 1584. 1627. 1640 / fol.
Cammer-Verordnungen von An. 1696. 1679. 1678. 1712. &c. in MSto.
Mühlen Ordnung 1618. in 4. 1627. in f.
Schäfferey-Ordnung / 1627. in f. 1705. in 4.
Flecken- und Dorff-Ordnung / 1702. in f.
Vorspan-Reglement / in 8.
Verordnungen wegen des Vieh-Sterbens / 1717. in 4.
Pest-Reglemente 1709. 1711. fol. adde D. *Dan.* Beckhers Pest-Regiment. Reg. 1639. 4.
Edict wieder die Banqueroutirer. 1715. 4.
Edict wegen des Todschlages / wie auch wieder den Mißbrauch der Rencontres. 1718. f.
Edict wieder das Vollsauffen und Gesundheit-Trincken / 1718. fol. &c. &c.

§. XIV. Ad Jus publicum Prussiæ illustrandum sequentia faciunt scripta:

(1.) Scripta ea, quæ de investitura feudi Ducatus Borussiæ agunt, qualia v. g. sunt: Primum beneficium investituræ simultaneæ ab anno 1559. ad annum 1605. in f. Item *Felicis Fidleri* de investitura feudi Ducatus Borussiæ a Sigismundo III. Rege Johanni Sigismundo Electori Brandenburgico & ejus fratribus eorumque hæredibus masculis facta, in 4. *Item* Jus successionis seu simultaneæ investituræ posteritatis in recta linea

nea descendentium Joach. II. & Joh. Georgii Marchionum Brandenburg. &c.

(2.) Scripta, quibus agitur de suprema potestate Ducibus Prussiæ in pactis Velavienſibus a Polonis largita v.g. Instrumentum Pacis Velavienſis An. 1657. Diploma, quo Joh. Casimirus Rex Poloniæ Friderico Wilhelmo Electori Ducatum Prusſiæ, cum suprema atque absoluta potestate, jure supremi directique dominii habendum, tenendum, possidendum regendumque concedit; omnes vero Ducalis Prusſiæ Ordines a prioribus præstitis homagiis juramentisque relaxat & absolvit An. 1658. in f.

(3.) Scripta, occasione variarum controverſiarum vel cum Polonis vel cum aliis ventilatarum, edita; quo imprimis spectant scripta eo tempore publicata, cum An. 1698 Civitas Elbingenſis a cópiis Brandenburgicis occuparetur.

(4.) Scripta in causa coronationis Regis Prussiæ divulgata, quæ maximam partem recenſita vide in denen Hannöveriſchen Auszügen/ An. 1701. in 8. menſe Julio & Augusto, ubi habetur ein Auszug verſchiedener die neue Preuſſiſche Krohne angehender Schrifften.

(5.) Scripta miscellanea Statum publicum Prussiæ illustrantia; quo spectant: *Jacobi Lydicii* delineatio notitiæ Ducatus Prussiæ generalis & specialis, Wittebergæ An. 1677. in 12. edita. Agit in tractatu hoc de variis Ducalis Prussiæ

Magistratibus, eorumque ordinibus ac officiis: sed videtur labor esse extemporaneus, qui præterea Statum Prussiæ modernum parum aut nihil illustrat. Spectant huc etiam der Staat von Preussen in 8. nec non *D. Zach. Hessen*, dissertatio de feudis Prussorum, Regiom. An. 1712. in 4. &c.

(6.) Acta Comitiorum Borussiæ. Scilicet cum regimen Borussiæ politicum toto hodie cœlo differat ab eo, quod temporibus Majorum nostrorum fuit, juvat certe rescire, quis olim Provinciæ hujus fuerit status, & quæ statuum Borussiæ quondam libertas ac potestas; id quod ex Actis Comitialibus diversorum annorum in MCSto exstantibus abunde disci potest. Rarissima vero est horum Actorum series. Nonnullæ tamen conclusiones, vulgo Landtags-Abscheide / prælo sunt impressæ. Conferendæ etiam sunt die Landtags Predigten *D. Behmii*, *Dreieri* & aliorum, quæ multa cum παῤῥησία sunt scripta & statum Prusiæ sui temporis egregie delineant.

§. XV. Nunc ad Historiam Prusiæ literariam pedem promovemus, ad quam sequentia pertinent scripta: *Georg. Sabini* scripta quædam publice in Academia Regiomontana proposita 1547. in 8. Occurrunt hic fundatio Academiæ; Intimationes Academicæ in funera illustria; Edicta varia, Epitaphia & hujus commatis alia. *Statuta quatuor Facultatum* MSCta. *Casp. Schützii* Panegyricon in solenni publicatione privilegiorum Aca-

Academiæ Regiomontanæ & Regiæ eorundem confirmationis facta die 29. Sept. 1561. scriptum ad Albertum Ducem Prussiæ, Regiom. 1562. in 4. *Andr. Crebs* Oratio de confirmatione Scholæ & Academiæ Regiomontanæ 1607. 4. Prima Doctoralis Promotio in Academia Regiomontana Reg. 1644. 4. Catalogi lectionum Academicarum. Programmata in mortes Virorum Clarorum, nec non alia scripta in Academia Regiomontana publice proposita. Nec minus huc spectat. *Georg. Colbii* Presbyterologia Regiomontana, qua notitia Pastorum omnium & Diaconorum hujus loci traditur, primum latine edita Regiom. 1657. 4. dein auctior germanice An. 1699. 4. Consulendi denique sunt Biographi, qui dum vitas Eruditorum publicarunt, etiam Borussorum mentionem injecerunt. Speciatim *M. Christianum Helwichium* Prussiam litteratam meditatum esse, testatur *Slieffius*, in notis ad Hoppii schediasma de Script. Histor. Polon. quod præmissum est Tomo I. Historiæ Polon. Dlugosii p. 153. sie & *in Novis Lit. Germaniæ* memoratur eundem Helwichium Historiam Academiæ Regiomontanæ terere, sed dubito num quid horum scriptorum prælo paratum habeat. Prodiit Rostochii An. 1710. in 8 Consultatio mea, de Historia literaria certæ cujusdam Gentis scribenda, ubi in præfat. §. 4. & in ipsa tractatione p. 144 spem feci Prussiæ literatæ, methodo præscripta, edendæ;

qui Prodromus benigno vultu ab eruditis est exceptus. vid. *Nov. Lit. Germ.* An. 1709. p. 453. *Act. Erud. Lipf.* 1710. & *Jacob. Bernardi* Nouvel. de la Republique des Lettres. 1710. p. 683. Quod vero hactenus promisfis non steterim, ejus rei causa inprimis est defectus Bibliopolæ sumptus suppeditantis. Interim vitas Theologorum quotquot in Academia Regiom. vixerunt, prælo paratas habeo; JCtorum vero vitas *D. J. G. Olearius*; Oratorum *Joh. Samuel Strimesius*; Philosophorum *Christ. Gabriel Fischerus*; Poëtarum denique *M. Jo. Jac. Rhode*, Viri omnes clarissimi, parant.

§. XVI. Adsunt quoque scripta varia historiam Prussiæ naturalem suo modo illustrantia. Et quidem

(1.) *Ad Regnum animale* spectant, *Joh. Wigandi* tractatus de Alce Borussorum, Jen. 1590. 8. *M. Christ. Masecovii* de Uro vom Auer-Ochsen dissert. II. Reg 1705. 4. *D. Phil. Jac. Hartmanni* dissert. de Xiphia seu gladio. 1693. Spectant huc etiam Scriptores casuum singularium in Medicina vel Chirurgia v. g. *D God. Sanden* dissert. de fungo cerebri. Relation von dem abgeschluckten und wieder ausgeschnittenen Messer/ Dantzig 1635. 4. *Rodgeri Hemsing* verbesserte Relation Elb. 1635. 4. *D. Dan. Beckeri* dissert. de Cultrivoro Prussiaco Regiom. 1635. in 4. & Lugd. Batav. 1640. in 8. Ejusdem Beschreibung des Preußischen Messer-Schluckers/ Reg. 1643. 4. &c.

(2.)

(2.) *Ad Regnum Minerale* pertinent præcipue Scriptores succini Prussici, de quibus legendus *Philipp. Jacob. Hartmannus*, in historia succini Prussici Physica & Civili, Corollar. II. Francof. 1677. in 8. quam in compendium postea redegit & sub titulo: *succincta succini Prussici historia & demonstratio*, Berolin. 1699. in 4. edidit. Addendi tamen sunt Scriptores sequentes: *Dan. Hermanni* discursus Philologicus, de rana & lacerta succino Prussiaco insertis, stylo poëtico scriptus. Cracov. An. 1583. in 4. *D. Severin* Göbels/ Bericht und Bedencken vom Ursprung des Börnsteins/ Reg. 1616. 4. Hujus etiam jam ante prodierunt libri duo de succino, Regiom. 1582. in 4. *M. Isaaci Thilonis* dissert. de succino Borussorum, Lipsi. 1663. in 4. *Melch. Philipp. Hartmanni* dissert. Inauguralis Lugd. Bat. habita, de modis succinum in segmenta & lapides scindendi. *D. Henrici von Sanden* dissert. de succino Electricorum Principe. Reg. 1714. in 4. *Conrad Mellen* Omina bruta, ubi Cap. 1. agitur de scriptura in fenestris Diœceseos Insterburgensis inventa. 2. de lapide in prædio perillustris Comitis de Denhoff Friedrichstein reperto, cum signatura O. C. D. 3. de fungo mundum muliebrem, quo caput exornant, exhibente. 4. denique de segmento Electri figuram viri grandævi repræsentante. Regiom. 1704. in 8. Spectant huc etiam alia de Mineralibus Prussiæ scripta v. g. *Joh. Wigandi* dissert. de Sale Borus-

russico. *Melch. Philipp. Hartmanni* dissert. de vitriolo, ubi de eo etiam quod in Prussia reperitur, agit. Inprimis vero hanc historiæ Patriæ partem excolendam sibi sumpsit *Cl. Fischerus*, quam in rem An. 1714. in 4. edidit. Erste Grundlegung zu einer ausführlichen Historie des unterirdischen Preussens oder zu einer umständlichen Recension der Preußischen Erden-Säfften/ Steinen/ Metallen und ausgegrabenen Antiquitäten/ als Asch-Töpffen/ Geld/ steinernen und metallenen Alt-Preußischen Instrumenten und Zierahten/ &c. In hoc scripto curiosos invitavit, ut in Prussia subterranea elaboranda suppetias sibi ferrent, cujus schematismum simul exhibet. Sequebatur An. 1715. der andere Versuch vor die Historie des unterirdischen Preussens & mox specimins loco Par 1. lapidum in agro Prussico sine præjudicio contemplandorum: nec non Cogitationes, de lapide in prædio Dn. Ludovici de Rauter reperto, cum literis L. V. R. An. 1716. 4.

(3.) *Ad Regnum vegetabile* pertinent *Mich. Titii* Catalogus plantarum horti Electoralis Regiomontani, Reg. 1654. in 12. *Joh. Löselii* plantæ in Borussia nascentes Reg. 1654. *D. Joh. Gottschedii* Flora Prussica, seu plantæ in Regno Prussiæ sponte nascentes, Reg. 1703. in 4. cum figuris æneis. Hujus auctuarium sub tit. *Floræ quasimodogenitæ*, Ged. 1712. in 4. edidit *M. Georg. Andr. Helwing* Pastor Angerburgensis, Reg. Societat. Berol.

Berol. Socius, Vir rei Botanicæ amantissimus, qui præterea egregium Herbarium plantarum in Borussia sponte nascentium Bibliothecæ Regiæ obtulit, & auctuaria quotannis transmittit. Novam præterea Floræ Prussicæ editionem meditatur juxta methodum Tournefortii instructam.

§. XVII. Agmen claudant Scriptores, qui particulam aliquam Historiæ Prussiæ curiosæ & miscellaneæ attigerunt. Atque eo pertinent *M. Mich.* **Lilienthals Entwurff eines Collegii Historici über die Antiquitäten und andere Merckwürdigkeiten des Königreichs Preussen**/ Reg. 1714 in 8. Summa capita continet schematismus hic Historiæ Prussiæ curiosæ, quæ in lectionibus publicis latius deduxit Autor. Speciminis loco prodiit, Regiom. 1716. in 4. **die Historische Beschreibung des Thums oder der Cathedral-Kirchen der Stadt Kneiphoff Königsberg.** *M. Mich. Hoynovii* dissert. de Insignibus Prussiæ, Reg. 1693. in 4. *Ejusdem* dissert. de situ Regiomonti 1687. 4. *Anonymi* brevis & simplex, sincera tamen & infucata poëtica descriptio Urbis Regiomontanæ, 1669. in 12. ubi versibus latinis & germanicis laudes hujus civitatis decantantur. *M. Mart. Jeschken* dissert. de quercu Romove Gentilibus olim Prussis sacra, Reg. 1674. 4. Porrò *Alberti Columbi* schediasma, de columna Ostrocolensi Regni Prussiæ & magni Ducatus Lithua-

thuaniæ termino, quod Reg. 1712. sub moderamine Dav. Blæsingii edidit. *M. Jo. Jac. Rhoden* dissertatio de celebri statua quatour fratrum, sive von der berühmten Säule der 4. Brüder in der Caporniſchen Hyde/ Regiom. 1717. 4. *Christoph. Langhansen* diss. de mensuris Regni Borussiæ hodiernis Regiom. 1717. 4. *M. Christ. Masecovii* dissert. de Insula natante Gerdavienſi, vulgo vom Schwimbruch. Regiomont. 1707. 4. *D. Henr. von Sanden* disp. de scripturis & picturis fenestrarum naturalibus. Reg. 1715. 4. Conferenda tandem sunt Calendaria nonnulla *Büthneri*, *Blæsingii*, & *Regiæ Societatis*, quibus varia de rebus Prusſicis sunt intermixta.

§. XVIII. Restat ut de Tabulis Prussiæ geographicis nonnulla subjiciamus. Harum omnium accuratissima habetur die Preußiſche Land-Tafel *Hennebergeri*, quæ primum minori forma, deinde majori est edita. Atque hanc descripserunt omnes quotquot postea Tabulam Prussiæ ediderunt, ita tamen, ut in plerisque eandem magis depravarint quam emendarint. In nova eaque accuratissima Prussiæ tabula edenda occupatus est. *Dn. Joh. de Collas*, Consiliarius Cameræ Regiæ & supremus Geometriæ in Borussia Director, quam avide exspectamus.

OBSER-

OBSERVATIO III.
DE
HELENA MENELAI,
EJUSQVE AMATORIBUS.

SYNOPSIS.

§. 1. *Dubium, an Ethnici laudandi,* §. 2. *Resolvitur.* §. 3. *Ex fama haud satis firmum veritatis argumentum.* §. 4. *An Eva pulchra fuerit?* §. 5. *Affirmatur.* §. 6. *Occasio scribendi.* §. 7. *Modus.* §. 8. *Helenæ parentes.* §. 9. *à Gratiis educata, à Venere Paridi oblata.* §. 10. *Tanto bello repetita.* §. 11. *Causa belli Trojani.* §. 12. *Amantur etiam quæ non sunt pulchræ.* §. 13. *Primus rapuit Theseus.* §. 14. *Multis eam procis ambientibus Menelao nubit.* §. 15. *Amat Paridem.* §. 16. *Quem sequitur.* §. 17. *Circumstantiæ raptus.* §. 18. *Jungitur Deiphobo.* §. 19. *Menelao conciliatur.* §. 20. *Aliter Dio Chrysostomus, Herodotus, Philostratus, Euripides.* §. 21. *Post mortem Achilli cohabitat.* §. 22. *Ejus liberi.* §. 23. *Adoratur & mira-*

miraculis inclarescit. §. 24. *Omnia incerta.* §. 25. *Homerus pulchram dicit.* §. 26. *Nil probat, nec est synchronos.* §. 27. *Nec certæ fidei.* §. 28. *Hinc ex religione ipsi quæsitum præsidium.* §. 29. *Fingit tamen.* §. 30. *Nulla supereſt Helenæ statua, nulla imago.* §. 31. *Pictores sibi indulgent.* §. 32. *Nummus Helenæ.* §. 33. *An artes magicæ adhibendæ.* §. 34. *à Xeuxi picta.* §. 35. *Ex proportione membrorum nihil certi.* §. 36. *Quilibet sibi pulchritudinem ex opinione fingit.* §. 37. *Descriptiones Helenæ per Daretem, Cedrenum, Constantinum Manassen.* §. 38. *Per Joseph. Iscanum.* §. 39. *Per Guidonem de Columna.* §. 40. *Varia ex antiquis epitheta.* §. 41. *Epigramma de triginta pulchritudinibus.* §. 42. *Catalogus auctorum dubiæ evolutionis.*

§. I.



IN ea fluctuatione, qua jam secundo quasi flumine ad veritatis indagationem defluere videtur orbis litterarius, miratus haud sum, quod perlustranti noviora quædam poëmata, litem quidam ex amicis moverit. Scilicet indignum ille reputabat, cum tot virtutum quæ in omni vita imiteris exempla sub-

subministret sacer ille Codex, ad profana tamen plerumque hic scripta recurri; Lucretiamque castitatis insigniri encomio indignabatur, cui praeterquam quod multa objici possint, (a) infinitis etiam Susanna praeferenda parasangis sit. Neque intra animi decora, morumque innocentiorum limites contineri se passus, (quod disputantibus

I fami-

(a) Lucretiæ factum ab aliis probari ab aliis improbari notissimum est. Conf. quos citat SCHELGUIGIUS *Disp. de Autocheiria. Ged. 1678. p. 27.* & CAMERAR. *Hor. subsec. T. III. Cap. 78.* qui etiam *T. I. C 50.* Epitaphium ejus quod in Episcopatu Viterbiensi monstrant affert, ubi dicitur vixisse Annos XXII. menses III: dies VII. FRANCK im Poetischen *Helicon* in initio singularis Poematis, cui Titulum *Susannæ* dedit, Lucretiam omnino damnat, at videtur sua debere ERYTHRÆO *in Eudem. lib. 4. p 126. Edit. prior.* Optime videtur excusasse RONDEL, *dans ses reflexions sur un chapitre de Theophraste. Voyés les Nouvell de la Republiqu. des letr. 1685. p 1346.* conf. etiam LOHENSTEIN *Armin Tom. I. p. 432.* & FEIND / in Deutsch. Gedicht. *p 182.* qui ex novo characterum systemate de ea judicium fert. Alterius cujusdam Lucretiæ exemplum recentius *vid.* in LEHMANNS Historisch. *Remarqu. 1699. p. 48.* ita tamen ut conferas MISSON, *Voyag. d' Italie. Tom. I. p. 187. edit. gallic. ult.*

familiare esse solet, ut ultra terminos abripiantur,) hanc suam sine distinctione obtinere regulam voluit, & ad corporis etiam formæque dotes extendi. Minus igitur probabat Helenæ nomen in designanda pulchritudine adhiberi, cumque: *quamnam igitur illi subrogas?* ridens interrogassem, sine cunctatione: *Evam*, respondit.

§. II. Cui ego: non hæc me tangunt, inquam, neque enim Poeta sum: dudum est quod pedem ex Helicone retulerim. Si tamen quod animus est dicere licet, non tollit religio veritatem historicam. Non ego nomina Deastrorum gentilium omnibus interspersa lineis hic defendo, quamvis obfirmato jam, ea quæ Dei gratia fuit, religionis Christianæ robore, nec talia timenda existimem. (*b*) Hoc tantum dico: veritati in omni gente litandum esse, nec referre sive Christianus sit sive Ethnicus quem laudes, istæ modo laudes ei conveniant, nec invita cumulentur Minerva. Si & Ethnico magistratui reverentiam debes, (debes sane,) cur Ethnicæ eam denegabis virtuti, cum utriusque splendor Deo acceptus ferendus sit. Dandum est hic etiam aliquid consuetudini, quæ, ut tuam ego rursus sententiam tangam, si Helenam

(*b*) Conf. BUCHNERUS *Orat. Vol. II. orat. 5. & ex eo Act. Erudit 1683. p 149.* vid. & M. JUST. HENR. RÜMKER *disqu. de mythologiæ Deorum gentilium abusu in poësi Christiana. Lipsi. 1709.*

nam nominavero pulchram intellexerit; si Evam, commune generis humani malum. Cur ego Helenam formosam non dicam, quæ diutina præscriptione (c) nomen illud tuetur & quam unanimi Poëtarum omnium voce nulla ætatis suæ fœmina pulchritudine corporis vicit. (d)

§. III. Egregia vero, inquit ille, testimonia, quibus tantum abest ut rem conficias, ut omni potius nervo destitui videaris. Si omnia quæ a Poëtis unquam in Helenæ præconium dicta sunt cumulares, id quidem evinceres, illam Poetica libertate formæ laudibus evectam; at revera formosam fuisse minime probatum dares, nisi tu figmenta vatum omnia ex tripode profecta esse

(c) Optime BANAGIUS: Non seulement „ il est difficile mais dangereux, de vouloir arra- „ cher des esprits la fable même, lorsqu'elle y est „ entrée, & qu'elle y a vieilly sous l'image de la „ religion, ou de la verité. Ainsi les plus sages „ respectent quelquefois les erreurs dont une „ nation est preoccupée, parcequ'elles semblent „ favoriser sa pieté ou sa gloire; & à la fin il ar- „ rive, qu'elles préscrivent contre la verité *Histoir. des Ouvrag. des sav. 1688 Part. I. p. 164.* „

(d) Ita *Donatus* adeo formosam fuisse dicit; „ ut ejus forma, redacto maximo peritissimorum „ pictorum in unum numero, propositis etiam „ formosissimarum mulierum nudis corporibus, „ pingi nequiverit. *Ad Virgil. Æneid. 1. v. 654.* „

credideris. Quin ne Parnasso tantum dicam scribere videar, omnis illa prædicatio, quam communem famam dicere solent, non est idonea meritorum quæ extollit testis. Nititur illa sæpius levi momento, & si ego quid video, plerumque fato adscribenda est. Famam multi habent, pauci merentur. Imo multi merentur, qui non habent. Plurimum hic facit favor aliorum, qui non semper innocuis mediis vel quæritur vel acquiritur. An hic antiquitati credideris, & ex seculorum numero rumori alicui fidem conciliabis, cum in iis ipsis quæ præsentia sunt, quam parum vulgi præconiis fidei insit optime perspicias. Non tangam nostra tempora: paululum recedamus, & facili deprehendes negotio, quam verum sit illud Horatii: Et genus & formam Regina pecunia donat.

§. IV. Interrupi sermonem plura dicere meditantis. Etenim, inquam, cui bono hæc omnia, quæ nec ego, nec ullus unquam negaverit. Modus tamen nullibi non servandus est. Esto, nil conferat famæ applausus ad veræ laudis materiam, nec tamen eius decori derogat, & cum in paucos quosdam, nescio quo fato iniquior sit aura vulgaris, multos nihilominus haud injustis evehit præconiis. Est aliquid laudari; nec satis commode, quicquid plurium consensu adstruitur, temeraria destruitur conjectura. Cur ego non potius plures sequar, qui per tot seculorum decursum indubiam formæ palmam Tyndaridæ nostræ concesserе,

cessere, quam te unicum, qui negas, nulla sane ex causa, quantum ego video, nisi quia velles eam fuisse deformem. Si frivola quadam divinatione, veritatem testimoniorum turba stipatam deturbare licet solio, nihil erit in universa antiquitate, cui non ex hac licentia sit quod metuat. Ipsi Evæ, quam tu Helenæ substituis, sua vix constabit pulchritudo, si suspicionibus indulgere fas est. Sane silet scriptura, (*e*) quæ tamen alias hoc encomio honestare non refugit, nec ad sunt quæ hoc urgeant, graves causæ. Finis enim, qui in ejus creatione supremo Numini propositus, vel sine pulchritudine obtineri poterat: nisi tu omnes eas, quarum formæ injuria fuit natura, minus aptas generi humano propagando credideris. Neque ut adjumento esset Adamo, blandioris decore vultus opus erat, cujus omnis amor in statu innocentiæ adeo ab illecebris corpusculi remotus erat, ut nequidem eam nudam esse sciret. (*f*) Adde quod primus omnium parens, in iis hominum

(*e*) Adami & Evæ pulchritudo, cum alia „ haud majoris momenti a divino scriptore re- „ censeantur, prorsus reticetur FECHT. *in* „ *Noct. Christ. Exerc. 10. p. 749.*

(*f*) *Genes. 3, 7.* Quam eandem innocentiam in regenitis certo quodam modo requirit YVON Labadi assecla, in libro cui titulus: le mariage chrêtien. Amst. 1685. 12. Vide *Nouvell. de la Rep. des lettr. 1685. p. 1290.*

initiis, aliam nullam mulierem viderat, ad cujus pulchritudinem Evæ suæ formam examinare potuisset, ut ita omni comparatione cessante, facile ipsi placere potuerit qualiscunque demum oris corporisque habitus. Cujus eximius aliquis nitor & inde minime requiri videtur, quod nondum lapsus, alios amores ne quidem cogitaret Adamus: statu vero motus, ea quæ tunc hominum solitudo erat, ne cogitare quidem poterat, unde conjugis venustate fuisset retrahendus. Quin timendum potius videbatur, ne nimium carnis suæ amore incensus, eo magis a Deo mentem averteret, quo magis specie uxoris ad terrestria illa, liceat enim ita dicere, voluptatis incitamenta traheretur. Equidem cum homo esset, gaudebat & illa imagine divina, quam tamen ut ego exteriori corporis ambitu circumscriptam credam, impetrare a me minime possum (g)

§. V.

(g) BOMPARTIUS ita se explicat. Divinæ similitudinis formam essentialem, in corpore hominis non esse sitam, facile concedimus: in exteriori tamen ejus figura, quædam imaginis illius lineamenta, rudi quamvis penicillo inchoata apparere, verissimum. *Paralell. in Genes. p. 11. Dn.* FECHTIUS rem expedit distinctione inter imaginem divinam abstracte & concrete consideratam *Vid. Noct. Christian. Exerc. 10 p. 471.* ubi totus est in adstruenda protoplastis pulchritudine.

§. V. Non tulit ulterius dicentem, sed capite per indignationem agitato, suam tueri velle causam visus est. Unde ego qui hisce immorandum esse non credebam; vides, inquam, quo periculo Scepticismus inducatur, & quam facili via a profanis ad sacra transitus fieri soleat. Ne tamen credas, istam quam modo protuli sententiam certam mihi esse, & quam ego obstinatius defendere velim, libens tecum transegero. Salva erunt, quantum in me est, & præstantior Evæ forma, & vel ipsum illud temperamentum æquale pro quo pugnant nostrates Theologi. (*h*) Creaverit illam Deus perfectissimam: (*i*) (si modo & Gram-

(*h*) *Apolog. Augustan. Confess artic. de peccato original. p. 53. conf. prolixe Dn.* FECHTIUS *Noct. Christian. Exerc. 10. §. 46. sequ. & M. Georg. Christ.* WERTHER. *disp. de temperamento primi hominis in statu integrit. Lipsi. 1709.* adde si placet NIPHUM *de pulchro c. 34. &* HUART. *Scrut. p. 17.*

(*i*) Hoc enim potissimum est argumentum, quod in adstruenda ipsi formæ dignitate afferunt. Quantus autem erroribus campus detur, si eas perfecti corporis notas extra hominem & in superficie quæras, facile apparet ex controversiis circa resurrectionem; ubi ex iisdem fundamentis sunt qui adstruant, omnes vel masculos, vel gigantes, vel adultæ ætatis, vel si Diis placet passerum muscarumque magnitudine futuros, qui civitate nova-

matica perfecto habet quid superius) i. e. & sanctissimam, & sapientissimam, & mente corporeque maxime sanam, & pulcherrimam, & si quæ aliæ

novarum Hierosolymarum donabuntur. *conf Ern. Sam.* CYPRIANI *in select. Program. p. 72 sequ. & Henr.* OPITII *diss. de statura & ætate resurgentium Kilon. 1707.* Accedit quod illa Idea perfecti mente potius concipi quam exprimi queat. Videris enim in describenda perfecta pulchritudine omnes in diversa abire, dum suo quivis sensu abundat, adeo ut si pictorum hic exerceres & manus & ingenium, ex ipso tabularum discrimine multo incertior recederes. Ex eodem fonte, ut hæc addam, videtur profluxisse error incolarum oræ Malabaricæ, de quibus ex Dania illuc missi fidei propagatores: " Die Malabaren glauben/ " die Menschen wären zu Anfang 400. Ellen " lang gewesen/ nachmahls aber immer kleiner " geworden/ biß sie endlich nur einer Spannen " lang seyn würden. vid Ausführl. Bericht von alle: hand neuen Büchern. *p. 117.* & stulta Talmudistarum opinio: " Die Talmudisten " haben sich eingebildet/ es wäre der Vollkom- " menheit des ersten Menschen gemäß/ daß er " vom Polo arctico biß antarcticum gereicht; " nach dem Fall sey er erst etwas kleiner gewor- " den/ und doch weil er der erste Mensch 100. " Ellen hoch geblieben vid *Dn.* GUNDLINGS

Otia.

aliæ dotes possunt esse in fœmina. Meum non est inter istas primæ antiquitatis umbras, in quibus ipse cæcutio, lumen illis præferre, qui accuratiores formæ primævæ spectatores esse cupiunt. Nec fraudi mihi erit hæc protulisse, cum de ipsa Christi Servatoris forma olim disceptatum impune sit. (*k*)

§. VI. Vix repressi dicere volentem, neque enim hæc satis æquo animo audierat, & eam qua ego usus eram loquendi libertatem sibi quoque exposcebat. Obtinui tamen ut quiesceret, cum talibus inhærere nec conducere censerem, nec

Otia. 1. Auflag. c. 4. §. 6. p. 165. Multo melius hominis perfectionem demonstravit Socrates, cujus verba vid. apud eundem *Dn.* GUNDLING. *l. c. p. 214. conf. Dn.* THOMASII *fundam. jur. natur. lib. 1. c. 1. §. 10.*

(*k*) Vid. FRANCISC. VAVASSOR, *de forma Christi*, ubi nec deformem nec eximie pulchrum fuisse adstruere conatur. Observationes ad eundem subjecit *Josua* ARNDIUS. Refutare eundem omni opera aggressus est *Joh.* FECHTIUS *Noctib. Christian. Exerc. 10.* ubi optime: Argumentum quod sub manu est fidem non ita attingit, quin incolumi salute vel ignorari possit, vel diversis opinionibus agitari. p. 661. add. *Dn. Bernh. à* SANDEN, *diss. de pulchritudine Christi. Regiom. 1711. &* CALMETI *diss. de eodem argumento, addita Commentario ejus in Esaiam.*

esse jucundum. Itaque in alios sermones delapsi, postquam aliquantulum adhuc temporis confabulando extraximus, inter mutuas discessimus amicitiæ testificationes. Cœpi solus ea quæ utrinque prolata erant mecum meditari (is enim mihi mos est) & cum jam disputandi fervor nullus esset, animo pacato controversiam nostram intueri. (l)

Sane

(l) Sane ista via multo plus ad veritatis cognitionem fieri credo, ac continuis illis & pertinaci animo agitatis contentionibus, in quibus pondus, quod adversarii inest argumentis, nunquam vere sentimus, dum in id solum intendimus animum, quid regeri debeat. Multi equidem qui defendendis suis erroribus omnia quærunt præsidia, si controversiarum genuina argumenta secum placidi meditarentur, victas darent veritati manus, ad quam repetitis prælüs literariis nunquam adducentur. Tangunt hæc etiam publicas Disputationes, quas multis ex causis probo, laudo, prædico: aptum veritatis indagandæ esse medium non semper credo. Addam ne pro imperio loqui videar WILLISII verba: "Magna quidem cum "pompa dici solet, veritatem ex disceptantium "conflictu, tanquam ignem ex attritis silicibus "oriri. Scintillulas fateor aliquas fugaces & "evanidas ita interdum excuti; at si quis lumen "ignemque expetat, non tam percussu, quam "blanditiis & molli benignoque afflatu opus erit, quo

Sane postquam diligentius omnia revolvi, causasque perscrutatus sum, quibus ego inductus Helenæ speciem defendere suscepissem, nullas mihi esse

quo ea ea flammæ rudimenta jubar induant, seque leniter explicantia, una aspiciant & imitentur diem. Revera ingeniosæ aliquot argutiæ & captiunculæ non ingratæ sæpe inter disputandum enascuntur, sed frustra quispiam sobria rationum momenta ac justa rerum pondera speraverit, ubi non veritas adeo, quam fama & triumphus spectantur *vid. affection. hysteric. ac hypochondriac. patholog. vindicat. in præfat. inter Opera Tom. I.* Omnino etiam digna sunt quæ accuratius expendantur verba *Jacobi* ROHAULTI. *Traité de la physique à la pref.* Ne nimis serio rem agere videar, subnectam LUCIANI verba, quibus sui temporis disputationes describit: Primum quidem pacifice inter se exordiuntur sermones: cæterum procedente aliquantum disputatione, intendunt vocem usque ad tonum seu modum quem orthium vocant, ut exinde, cum nimium distenduntur, atque eloqui magna contendunt, & facies illis rubescat, & collum intumescat, & venæ extantiores appareant: perinde ut tubicinum solent, quando angustam tibiam inflare vi quadam coguntur. Conturbatis igitur sermonibus, & eo quod à principio instituerant, confusaneo relicto, abeunt, convician-

tes

esse reperii, præter illud ex antiquitatis consensu petitum præjudicium. Quod licet in historicis omne fere punctum ferat, examinandum tamen est, quibus innitatur fundamentis, cautiusque inquirendum in origines, ne ducem haud satis probum secuti, improvidi dum ejus insistimus vestigiis, aberremus à veritate. Hinc enata mihi libido in fontes ipsos, quibusque rationibus hæc opinio superstruatur inquirendi.

§. VII. Eo tamen modo hoc in argumento versabor, ut medius animi in neutram propendeam partem, neque inferre huic materiæ lucem, sed ipse eam petere ex monumentis coner. Hunc in finem, eos qui huic inserviunt rei authores paulo penitius excutiam, non qui ad Plutarchi modum fabulas cum veritate in gratiam redigere statue-

---

tes se mutuo plerique, & sudorem ex fronte incurvo digito abstergentes. Atque hic demum vincere visus est, qui ipsorum maxime clamosus, aut confidentior aliis fuit. Sed tum populus iste promiscuus admiratur eos, & maxime ii, quibus alioqui necessariæ rei nihil incumbit, aut curæ est: qui tum adstant, confidentia illorum atque clamore excitati . . . . Utrum autem utile aliquid, atque in commune conducens clamori ipsorum inesset, & num quid boni ex verbis illis enasceretur ipsis, dicere haudquaquam possum. *in his accusato. p. 223. b.*

tuerim. (*m*) Sed qui investigare solummodo in animo habeam, quid traditum nobis antiquiores illi hac in materia reliquerint. Non miraberis itaque Lector, si ex variis, & qui non ejusdem fidei sint, testimonia petam. Non is sum, qui sine delectu, congerendam ex omnibus esse historiam existimem, quique historicum cum Poëta, sive ille heroici carminis author fuerit, sive scenæ inserviens tragico se extulerit cothurno, in eodem censu habeam. Neque tamen etiam, peccare me putavi, si in adeo remotis, & in ejus rei tractatione, quæ ex opinione sola fere aliorum dependet, omnium etiam opiniones in medium proferrem. Ita enim perspicuum erit; non tantum an idoneus author existat vulgatæ sententiæ, sed etiam an falso forte indicio & minus fideli duce, (duce tamen) in eandem se abripi passus sit quispiam. Hic non nova dicuntur, sed tradita repetuntur, fidem igitur authores vendicent & nostrum sit inclytis literarum monumentis consecrata, perinde ac vana non refugisse. Ceterum in

(*m*) Liceat autem repurgatas ratione fabellas, obtemperare nobis, & historiæ faciem accipere sicubi vero superbe omnem vero similitudinem contemnant, nec admittant ullum cum probabilitate commercium æquis auditoribus opus erit, quique benigne, & humane, historiam antiquam exaudiant, atque approbent. PLUTARCHUS *in vit. Thesei init.*

in rebus tam antiquis, si quæ similia veri sunt, pro veris accipiantur satis habebo: quæ ad ostentationem scenæ miraculis gaudentis aptiora quam ad fidem sunt, neque affirmare, neque refellere operæ pretium est. Ex ingenio suo quisque demat vel addat fidem. (*n*) Libere tamen confiteor, non omnes me evolvisse, qui huc conferre symbola potuissent. Odi anxiam sedulitatem, certusque sum interesse aliquid inter libera studia & adstrictum laborem. Subjunxi etiam notulas, non quod ipse commentarium mihi scribere voluerim, sed quod ea quæ intentum rei ipsi remorari potuissent, rejicienda quasi in forulos crederem. Græca nolui adscribere. Cur enim cum pauci græca legant, chartas onerarem bis idem dicendo? Ipse tamen lectores, quibus hoc datum est, moneo ut textus authenticos conferant. (*o*) Ceterum,

(*n*) Verba dedi VALER. MAXIM. *lib. 1. c. 6. exempl. 8.* LIVII *lib. 5. c. 21.* TACIT. *de morib. Germanor. c. 3.* Addamus LIVIUM: Cura non deesset, si quæ ad verum inquirentem via ferret, nunc famæ rerum standum est, ubi certam derogat vetustas fidem. *lib. 7 c. 6*

(*o*) Movit me hic *Anton. van* DALE, qui: Multis exemplis adductus, inquit, nulli versioni cujuscunque viri demum sit, in materia alicujus ponderis fidere audeo, aut allegare eam, si non antea ipsam cum lingua ex qua adornata fuit contulerim. *de Oraculis. p. 64. edit. secund.*

terum, cum tales ut plurimum citandi mihi fuerint authores, quorum crebræ, ut ita dicam, editiones varios reddidere paginarum numeros, addam ultimo paragrapho quibus ego usus sim, ut illic inquirendi clavis peti possit. Difficiles forsan hæc omnia erunt nugæ, at mihi si nugari libet, cur non liceat? Forsan & erit aliqua utilitas, quam si non videris Lector, cogita non omnes eo provehere Philosophiæ studium, ut cuncta ad utilitatis stateram expendere discant. Ea mihi mens est, quæ inutiles indagare veritates stultitiam certe non credat, modo nec sapientiam in illis sitam esse putes, nec in malas hypotheses, iisdem stultus abutaris. (*p*).

§. VIII.

(*p*) Multæ disputationes ad superfluam curiositatem factæ apparent: dico autem eas, quæ de nulla re utili differunt. Assumi autem utique possunt & hæ vel propterea quod nec otiositas est neque malitia. Otium enim & ignavia malitiam quærunt, & ad eam distrahuntur: vigilantia vero & mens ad aliquid intenta, trahunt ad se, quid eorum, quæ ad vitæ honestatem pertinent, etiam ex disputationibus nihil utile tractantibus HIPPOCRATES *de decent. ornat. Oper. Tom. I. p 52. edit. Linden.*

§. VIII. Prodeat igitur Helena (q) formæ judicium subitura. Equidem si Theologiæ gentilis

(q) Helenæ multæ fuerunt aliæ, quas tamen ob insignia temporum intervalla vix quis inter se confuderit. Cui eas congerere omnes volupe est, Lexica adeat Historica, vel scriptorum Historiæ Universalis indices; Nos mentionem facimus 1) Helenæ, Musæi Athenienſis filiæ, quæ bellum Trojanum ante Homerum descripsisse, ipsique adeo Mœonidi reliquisse quod scriberet dicitur; modo non argumentum libri pro auctore traditum sit à PHOTIO *in Biblioth. lib. 4. c. 190. p. 482.* Huic addimus in historia ecclesiastica & instauranda religionis causa maxime insignes. 2) Helenam Adiabenorum reginam, fratri nuptam, qui tamen jussus est divina voce, manum ab utero gravidæ removere. Auctorem agnoscis JOSEPHUM, haud parcum fabularum, si ex re suæ gentis videatur. *Antiquit. lib. 20. c. 2.* Eadem enim regina tandem inter Proselytas nomen dedit. Equidem EUSEBIUS *Histor. Eccles. lib 2 c. 12 & OROSIUS lib. 7 c. 6.* Christi eam sacris initiatam tradunt: Contrarium tamen inde eluceſcit, quod magnificum Hierosolymis monumentum merita est, quod admiratur PAUSANIAS *de veter. Græc. regionib. lib. 8. pag. 441. lin 34.* 3) Helenam Simonis Magi concubinam. Quæ cum variis sermonibus feratur, eo potis-

lis aliqua esset habenda ratio, vix ei pulchritudo denegari posset, quæ Jovem summum Deorum patrem habet, qui uti ipse pulchras amavit sem-

potissimum nomine locum sibi hic vindicat, quod pulcherrima fuerit; adeo ut Simon, eandem illam esse quæ a Homero decantata erat, traderet; utpote qui sub belli Trojani schemate, bellum quod formæ ipsius præstantia inter angelos excitaverat, descripsisset. Quamvis si omnino fides adeo remotis habenda sit, verius videatur, eum putasse, metempsychosi quadam Trojanæ animam Helenæ in eam cui consueverat abiisse. *vid* ARNOLDS Kirchen-Histor. *lib. 1. c. 4. §. 5. & Dn.* BUDDEI Historisch. *Lexicon. voce Helena.* 4) Helenam Constantini M. matrem. vid. BANAG. *Histoir. des Ouvrag. des sav. 1688 Part. 1. p 166.* Fabulam de cruce ab ea inventa destruit SALMASIUS *epistol. 1. de cruce, addita* BARTHOLINO *de latere Christi apert. p 269.* & DN. THOMASIUS *observat Hallens. Tom. I. obs. 23* de nummis ejus vid. FRESNII *diss. de nummis medii ævi §. 69. adjunctam Glossario Latinitat.* Sarcophagum ejus qui jam est in templo Lateranensi exhibet CIAMPINI *de sacris ædificiis à Constantino M exstructis. c. 8.* 5) Helenam Moscoviticam, hoc enim nomen A. 941. Constantinopoli baptizata assumpsit, prima Christianæ religionis Russis auctor, qui & memoriam ejusdem sancte colunt. *vid. Scriptores Histor. Moscovitica*

per, ita filiæ tacitam hanc dotem contulisse omnino censendus est. (r) At præterquam quod hæc vana sint omnia, nec Vulcanus deest, ejusdem Jovis natus, qui sane illiberalem hac in parte patrem nactus est, & qui non eandem liberis omnibus impenderit operam. (s) Adde quod ea fama de Jove Patre incerta traditione nitatur. Ut enim Dio-

(r) Est hoc argumentum BUCHANANI *in epigr. lib. 2 icon. 11.* & ante eum ISOCRATIS: *laudat. Helen. p. 412.* fallitur tamen quod hanc solam Jovis filiam dicat, cum alias adhuc nominet HYGIN. *fab. 155.*

(s) *Vid.* LUCIAN. *Dialog. Deor. 15.* qui simul miratur, quod Vulcanus talis cum existat, pulcherrimas duas uxores duxerit Venerem atque Gratiam, cum Apollo & Mercurius Deorum formosissimi innubo cubent in thoro. *& Dialog. Deor. 5. in med.* ubi ipse Jupiter formam abhorret sui filii. Non desunt tamen qui Vulcanum solius Junonis citra virilem congressum filium faciant. APOLLOD. *Biblioth. Deor. lib. 1. p. 7.* Quod idem miraculum & in Martis æque ac Hebes procreatione accidisse narrant. OVID. *in fastis lib. 5 v. 229.* ΘΡΙΤΖ im Lob des Krieges GOttes. *v. 26.* Vulcanum autem ex venti respiratione, Martem ex floris tactu, Heben ex lactucarum manducatione concepisse dicitur. *Explicat. historiqu. des fabl. Tom. I. p. 113.*

Diodorum Siculum (*t*) non tangamus, qui Alcmenam Herculis matrem ultimam esse dicit, quam Jupiter mortalium cognoverit: sunt alii, qui juvenem quendam nomine Cygnum, Ederionis Achæorum Regis filium, concubuisse cum Leda dicunt, (*u*) ternæ uno partu sobolis, Castoris, Pollucis atque Helenæ patrem factum. Imo multi Tyndaro Spartarum Regi Ledæ marito hanc sobolem vindicant, quæ non tantum inter multos vulgata est opinio, sed cui pondus etiam addit illud JCtorum: Pater est quem nuptiæ demonstrant. Si tamen quis Pausaniæ (*x*) potius assentiri, & omnino Jovem vicarium hic subiisse officium voluerit, per me licet. Neque enim hoc subtrahere argumentum illis cupio, qui propria illa furtivis complexibus commoda credunt, ut

(*t*) *Libr. 4. c. 14.* fuit hic tertius Jupiter, testante CICERONE *de Natur. Deor. lib. 3. p. 338. E. edit. Geneven. 1660. 4.* plures enim Joves fuerunt. *Explic. historiqu. des fabl. Tom. I. p. 115.* alias ex ipsorum gentilium testimonio Jupiter incestus in linea ascendente sæpius repetiti esset reus, uti videre est ex tabula Genealogica quam MICRÆLIUS dedit *in Syntagm politic. ubi de rebus Argivorum agit.*

(*u*) CEDRENUS *in annalib. p. 99.*

(*x*) Patrem Helenæ omnes Græci Jovem non Tyndarum perhibent. PAUSAN. *de veter. Græc. regionib. p. 60. lin. 28.*

ornatior & animo & corpore partus excludatur. (y) Qui tamen probandi modus quam infirmus sit

(y) Rationes affert *Levin.* LEMNIUS *de occult. natur. miracul. lib. 4. c. 3.* & RINCK *in traductione Firmiani. p. 326.* ubi de duobus filiis naturalibus Gustavi Adolphi, Svecorum Regis. Dicitur etiam VANNINUS *in scripto physico magico* tres rationes adducere, cur adulterino concubito susceptí liberi, cæteros conspiciantur formæ & speciei gloria antecellere. vid. SCHRAM. *de vit. & script. Vannini p. 80.* Hi quoad corpus, quoad animum audi CARDANUM: Spurii " sunt plerumque malorum morum, & raro fru- " ctum bonum ferunt; à vilibus enim & sine " moribus mulieribus, ut pote ancillis primo ge- " nerantur: tum vero alii à meretricibus impu- " dicis, mendacibus, gulosis, pervicacibus; " cumque sequantur matrem, tales & ipsi fiunt. " Inde negligitur eorum institutio. Pater quo- " que plerumque cum generat flagitioso & immo- " dico amore detinetur. Plus potest igitur ma- " tris natura, inde educatio, tertio patris affectus. *de subtilitat. lib II. p. 373 B. edit. Basil. 1582. fol.* addam ejusdem monitum: Ut igitur spurii inge- " nui pudoris habeantur, non ancillam aut me- " retricem, sed virginem pauperem, sed nobi- " bilem elige, quam bonis institutis & modera- " te institues. Ab hac filios si susceperis, & libera-

sit ipsi viderint, pulchram sibi aliquando progeniem, non sine metu adspecturi. Ego nihil inde certi habeo quod dicam. Prætermississem fere, Euripidem non uno sed pluribus eam prognatam patribus dicere, qui tamen locus totus Poëtam redolet. (z) Incerto genitam illam patre vidimus, mirum magis est, quod nec de matre satis aperte constet. Tritissima est sententia Ledam eandem fuisse Thestii Ætoli filiam, cujus pudicitiæ insidias struens Jupiter, in cygnum mutatus, Veneris in aquilam conversæ metum simularit, id eo dolo consecutus, ut dum illa ab impetu alitis prædatricis tueri supplicem conatur, id quod secretis gaudiis aptum erat, foveretur

beraliter educaveris, similes legitimis erunt. „ *ibid.* Qualia monita illic terrarum ubi Cardanus degit, convenire corruptis moribus videbantur. Cum enim illic deperdita juventus effrænis in amores, amorumque voluptates ruat, ne corpus promiscua Venere, aut fama indignis fœderibus lædatur, solent parentes in tempore filiis de concubina prospicere. *conf.* MISSON *Voyag. d' Italie. Tom. I. p. 237.*

(z) O Tyndarea planta nunquam eris Jo- „
vis filia; dico de natam esse ex multis patribus, „
primum ex patre malo genio, deinde ex invi- „
dia, & cæde & morte, & quæcunque tellus „
gignit mala. EURIPID. *Troad. p. 668.*

gremio. (a) Eo ex congressu ovum (b) exclusum esse fabulantur, cui vitam aliquando Helena debe-

(a) Ledæ formam & figuram concumbentis expressisse Arachnen fingit OVIDIUS *Metamorph. 6. v. 109.* & multi exhibent. *vid.* AUGUSTINI *gemmas P. 2. p. 19.* GRONOV. *Antiqu. græc. Tom. I. p. 77.* SANDRART in der Mahler-*Academie, sub icone Caligulæ & itidem Othonis.* BEGER *in thesaur. Brandenburg. Tom. I. p. 61.* Mich. Angelus Buonarotti idem argumentum summa cum cura expresserat, quod Francisci I. regis Galliarum jussu, in palatio ad fontem quem vocant Bellaqueum, inter reliquas tabulas expositum, Noyerius Ludovico XIII. à summis status ministeriis cremari jussit, incentivam nimium in lubricos furores hanc esse imaginem causatus. *vid.* DE PILES Historie der Mahler *p. 134. & conf.* BRANTOME *Memoir. des Dam. galant. Tom. I. p. 50.* de Leda pluribus conferatur BAYLE *Dictionair voc. Helene, lit. N. & Explicat. historiqu. des fabl. Tom. II. p. 134.*

(b) Teneram artus Helenam dicit LUCIANUS, utpotequæ in ovo enutrita fuerit: *Dialog. Deor. 20. p. 27.* Quod cum Eustathio de superiori ædium parte intelligendum esse putat VOSSIUS *de Idololatr.* utpotequæ à Lacædemoniis ὠὸν dicta sit. Unde nata conjectura: Ledam in ea superiori

deberet. (c) Dubitat Euripides, (d) nec injuria videtur esse male credulus, Ledam tamen habet pro matre. At aliam Græcis fuisse opinionem

periori ædium parte, quo inscio patre amasium intromiserat, concepisse. *Explic. historiqu. des fabl. Tom. II. p. 135.* Non hic recurremus ad eos, qui omnia ex ovo generari asserunt. Id saltem notabimus, similes naturæ errores, & excusa partus loco ova memorari BARTHOLIN. *Cent. I. obs. 4.* & JOH. RODIO *cent. 3. obs. 57.*

(c) Sunt qui geminum ovum excusum esse dicunt, quorum altero Castor & Pollux, altero Helena & Clytemnestra provenerint. HYGIN. *fab. 78.* alii non nisi unicum ovum agnoscunt, cui Pollux & Helena inclusi fuerint, cœlestis feminis indubio discrimine. Castorem enim eodem quidem partu editum, at Tyndari filium, mortalemque fuisse, unde necesse Polluci fuerit, suam ipsi communicare immortalitatem. *vid. passim Onomastica.* Traduntur tamen & aliæ Ledæ filiæ fuisse: Philonoë immortalitatem beneficio Dianæ assecuta, & Timandra Echemo nupta: addit APPOLLODORUS Clitemnestram Agamemnonis uxorem *Histor. Deor. lib. 3. p. 69. b.* sed nulla verosimilitudine, unde sine dubio eam omisit MEURS. *de regn. Laconic. c. 4.* ubi plura de Ledæ & Tyndari familia.

(d) *In Helen. p. 814.*

testatur Pausanias. (*e*) Scilicet Nemesin filia tam pulchra impertierunt, Ledæ præter curam nutricis nihil relictum est. Neque sine apparatu hanc in scenam produxerunt fabulam. Nemesin enim nympham, evitandis Jovis amoribus in anserem se mutasse dicunt, quam ille tamen pari dolo circumventam, cygno similis compresserit. (*f*) Ovum edit illa, & opilioni in quem forte inciderat, ut ad Ledam deferretur committit. Ea omnium ignara, ne tamen munus sibi periret, in arcam illud bona fide deponit. Illic Helena excluditur, & Ledæ præter spem nutritia filia existit. (*g*) His adde quod Hyginus nec Ledæ nec Nemesis filiam dicat Helenam, sed Pyrrhe Pimeti filia natam tradat. (*h*)

§. IX. Quæ omnia uti ad asserendam pulchritudi-

(*e*) *Lib. I. p. 66. lin. 26. Conf.* APOLLODOR. *lib. 3. p. 69. b.* AUSON. *epigr. 55.*

(*f*) Hinc festive Lucianus Jovem querentem introducit, nullo se vero amoris gaudio potiri, dum falsa semper specie nequitiis suis indulgeat, incertus an ametur an minus. *Dialog. Deor. 2. conf.* MOLLIERE *in Amphitruonis prolog.*

(*g*) *Conf.* HYGIN. *Astronomic. sub signo Oloris.* NATAL. COMES *lib. 9. c. 19.*

(*h*) *Fab. 155.* quem si placet corriges ex A-
" POLLODORO: Pyrrha Epimethei & Pan-
" doræ filia, Deucalionis uxor, ex qua genitus
" Hellen, à quo Græci. *Bibl. Deor. lib. I. p. 12.*

tudinem nihil ponderis habent, ita paris sunt commatis, quod à Gratiis educata, & a Venere oblata Paridi, invidioso præstantioris formæ testimonio dicatur Apertam enim hæc redolent fabulam, ut ipse etiam Pseudo Dares (*i*) mandatum istud de formis Dearum inspiciendis per somnium obtigisse finxerit. Alii dum ad veri exigere similitudinem rem volunt, prætulisse eum publica declamatione voluptatem omnibus & honoribus & thesauris asserunt, negotio ad seculi quo vivebant mores accommodato, invitum huc detorquentes Homerum. (*k*) Ipsis Ethnicis absurda fabulæ series oculos feriit, id quod non obscure Euripidi indigitatum. (*l*) Cui tamen narrationi, cum tanquam fundamento reliqua superstruantur, ridicula autem sint, quibus decretoria Paridi in his judiciis ocularibus sententia

(*i*) *Cap. 7.*

(*k*) *Iliad. Ω. v. 30. conf.* ATHENÆUS *it.* CEDRENUS. *p. 110.*

(*l*) EURIPID. *Troad. p. 676. conf.* DIO CHRYSOSTOMUS *Orat. II. p. 76.* Unde sunt, qui per tres Deas tres Principes Asiæ fœminas intelligi conjiciunt, quarum una victrix, ad Helenæ raptum omni subsidio Paridem instruxerit. *vid. etiam l'Explic. historiqu. des fabl. Tom. II. p. 167.*

adstruitur, (*m*) confitendum omnino est, ea in re quæ à fabulis initium capit caute versandum esse, ne tota abeat in fabulam.

§. X

(*m*) Vid. qui falsè istud judicium more suo depingit LUCIAN. *Dialog. Deor. 20. & Dialog. marin. 5. conf.* ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ *Cleopatra. Act. 2. in Choro.* & GERHARDI *Theatr. Italico. Tom. V. p. 44.* Hi Deas nudas sistunt, quibus consentit *Ovid. Heroid. ep. 5. v. 35.* Venerem solam se denudasse fingit COLUTHUS *Thebanus p. 77.* quem fere sequitur ISCANUS *lib. 2. in fin. p. 40.* Non tamen putavit eam Homero inurendam maculam PLUTARCHUS quasi Divas mortali oculo nudas prostituerit. *in vitis p. 374. C.* Hinc tanta inter antiquitatis cimelia varietas, qualia vide *in* GRONOVII *Thesaur. Antiquit. Græcar. Tom. I. p. 0000.* BEGERI *Thesaur. Brandenb. Sect 1. p. 43. & 44. Ejusd. Spicileg. Antiquit. p. 135 & in Excid. Trojan. fig. 7. it.* SMIDS *Scen. Troica. Tab. 5. fig. 25.* Non diffitendum tamen est, gentiles Deos æque ac Deas suas sæpius pingere ac sculpere amictu omni depositò, idque sine pudoris metu; neque enim putabant obscœnitatem in tantas religiones cadere, aut Deabus esse erubescendum. Contra quæ tamen peccatum sæpius esse, testis est. PLIN. *lib. 36. c. 5. p. 635. lin. 15.* VALER. MAXIM. *lib. 8. c. 11.* ÆLIAN. *Var. Histor. lib. 9. c. 39.* LUCIA-

§. X. Forte plus in rem noſtram conferet, quod ab univerſa Græcia, animis viribusque junctis, bello iu multos annos extracto, tot cædibus, tanto ſanguine, tanto domi foriſque detrimento petita ſit. (*n*) Si enim communis omnium ſententia calculum ferat, indubium ingentes illi motus formæ ſine pari exactiſſimæ teſtimonium dabunt. Non parum injurioſi in omnem videntur antiquitatis memoriam, qui protinus quicquid de Trojano fertur bello, fabulis accenſendum

---

CIANUS *in amorib. p.137. b.* POSIDIPPUS *apud* CLEMENT. ALEXANDR. *Protreptic. p. 38.* Hinc etiam ipſos heroes, & heroidas, in præſtantioris naturæ, & propius ad Deos accedentis ſignum, ſine velamentis exhibebant. Quod nec negat SENECA, licet aliam rationem ſubjiciat: Nudos videbis Deos, omnia dantes, nihil habentes: *de tranquillit. c. 8. add.* PLIN. *lib. 34. c. 5.* adeo ut etiam in hoc ipſo caſtior noſtri ſeculi ſit genius. *conf.* BAYLE *Nouvelles de la Rep. des lettr. 1684. p. 366.*

(*n*) Ceciderunt ea obſidione ex Græcis 806000. ex Trojanis 278000. DARES *Phryg c. ultim.* hinc neſcio unde NEANDRO *ad Tryphiodor. p. 210.* calculus ſubnatus qui Græcorum 676000. Trojanorum 886000. eo in bello deſideratos ſcribit, quem ſequitur *Dn.* HÜBN. *in Hiſtoriſch. Fragen T. IX. p. 55.*

dum esse putant. (o) Quibus non video an meliora dederint, qui cum Jacobo Hugone, ad Hierosolymas obsidione pressas expugnatasque, aut cum Cresio ad expeditiones gentis Judaicæ, aut cum Blanthino ad Æthiopes Babyloniosque ea omnia referre volunt. (p) Nec refert nostra illique scopo quem nobis proposuimus, hisce fusius inhærere. Fuerit nobis consentientibus Troja, (q) illustris Vatibus historicisque scribendi materia,

(o) Negavit jam olim METRODORUS Hectorem, Achillem, omnesque principes ambarum partium, ipsumque raptum Helenæ unquam exstitisse, sed artificii causa in Poësin introductos, teste TATIANO *Orat. ad Græc.* cui sententiæ non adstipulatur DU PIN *Biblioth. des historiens c. 1. §. 10.* fabulam tamen vocat HORAT. *lib 1. ep. 2. v. 6.*

(p) *Conf.* OBSERVAT. HALLENS. *Tom. III. obs. 3. n 7. Acta Eruditorum 1705. p. 72. &* Bücher-Saal *Tom IV. p. 50.*

(q) Sita fuit in Asia minori, hodie Natolia, ad oram maris mediterranei. Regio Troja dicta sive Troas; urbs Ilium, in honorem Ilii Regis; arx Pergama a Pergamo Rege. Jam antea ab Hercule expugnata est. Alexander M. Ilium hactenus pagum ex ruinis resuscitavit. Sub Romanis memoria priscæ originis magna incrementa cepit, insignibusque privilegiis decorata est. CUJAC

teria, nec bellum istud in quod tota Græcia excita est negaverim. Modum gerendi causasque quod attinet, miramque istam eventuum subsecuto-

JAC. *lib. 10. obs. 5.* Fimbria bello Mithridatico rursus destruxit, unde exilis temporibus Tiberii urbis ejus auctoritas TACIT. *Annal. lib. 4. c. 55.* Constantinus M. antequam Byzantium eligeret, sedem imperii Trojæ figere voluit, impeditus tamen (quod quidam referunt) urbis fato, cum nocte igne cœlitus delapso consumerentur, quæ interdiu exstructa erant, & instrumenta fabrorum sua sponte Byzantium transferrentur. BRIET. *Geograph. paralell. Tom. II. p. 492. conf. passim Dictionar. Geographica.* STRABO, qui vixit Seculo post Ch. N. primo, suo tempore tam antiquæ urbis nullum extare vestigium dixit. Monstrantur tamen adhuc hodie ruinæ Trojanæ de quibus passim itineraria Orientalia inprimis SPONIUS *Tavernierio adjectus p. 42. & ex Sponio* MORERY. *voce Troye. item* BELLONIUS *observ. lib. 2. c. 6. & le* BRUN *in itinere gallice scripto*, ubi eas depictas oculis subjicit. In eo tamen omnes conveniunt, has restaurationis Romanæ superesse reliquias, cum antiquissima urbs tota temporibus cesserit. Causam cur restaurari nequeat, apud veteres vanam & superstitiosam reperias. HORATIUS, ex Junonis odio eam derivat, quæ favere Romanis non nisi ea sub con-

cutorum seriem, non video cur dubitare non debeam, ubi certi nihil quod credam occurrit. (r) Mirum sane primo statim intuitu videtur, & quod sine suspicione falsi transmitti non possit, tantum bellum conflatum esse propter mulierem, quas tamen eo tempore non adeo raras fuisse in Græcia, argumento est, quod sacrificiis offerre Iphigeniam non dubitarint, connubiali potius

conditione velit, ne resuscitent Trojam. *libr. 3. od. 3. v. 60.* PHILOSTRATUS imprecatione Achillis factum esse, ne ea ex ruderibus rursus emergeret, asserit. *vit. Apollonii lib. 4. c. 16.*

(r) " Quæ narrantur de bello Trojano histo-
" riam credo, sed multis fabulis intermixtam
" non solum quantum ad circumstantias, sed in
" ipsa rerum gestarum narratione. Ita optime *Observ. Hallens. Tom. III. obs. 2. §. 8.* Quibuscum convenit sententia LACTANTII: Non res
" ipsas gestas finxerunt Poëtæ, sed gestis addide-
" runt quendam colorem rebus. *lib. 1. de falsa religion.* Scil. cum Poëtæ, quibus proprium est fingere, in tempora quæ suam ætatem propius attingerent, non auderent tanta audacia involare, quanta nostri Historiarum arcanarum editores; inde evenit, ut omnis eorum comminiscendi libertas in antiquius irrueret seculum, secura reprehensionis, quod testibus se redargui non posse scirent.

tius expetendam thoro, (s) Licet enim Horatio (t) concedam, partem illam qua fœmina dignoscitur, causam fuisse sæpius discordiarum; tanta tamen mole, tot sociorum voluntariis auxiliis, ad unius voluptatem restituendam rem gestam esse, communes istos credulitatis limites transgredi videtur. Pulchra fuit: nil regeram. Ad cur hoc reliquos præter Menelaum? imo quid ipsum Menelaum, cui recte Agamemnon apud Euripidem: Insanis, qui quam amisisti malam conjugem repetere vis, indignus bona fortuna qua

(s) Inter causas sacrificii hujus, numerat EURIPIDES & hanc, quod Agamemnon Dianæ se sacrificaturum promiserat, quicquid eo anno pulcherrimum nasceretur, quo Iphigeniam mater peperit; cujus voti post tot annos memor Dea fingitur, ex petens eam, utpote cui laus summæ pulchritudinis debebatur. *Iphigen. in Taur. p. 640.* Iphigeniæ icona dat CUPERUS *obs. 1. lib. 12.* GRONOV. *in Thes. lit S. 4.* SMIDS *in Scen. Troic. n. 11* GOTTFRIED. Historisch. *Chronic. tab. 1.* ubi tamen multum est quod dubites. Immolationem ejus in nummo exhibet SAUBERT. *de sacrific. p. 518. & ex Sandrarto* BEGERUS *in Excid Troj. fig. 11* Simile quid, de Helena, aræ sacræ destinata, nisi Deorum voluntate evasisset periculum, narrat PLUTARCH. *parallel. p 314.*

(t) HORAT. *Sermon. lib. 1. Serm. 3. v. 107.*

qua Te Dii donant; & Peleus apud eundem: conspuere te oportebat Helenam, non ruere in arma, cum scires malam. Tute eam repetiisti quæ vel addita pecunia, ne recipienda esset domum cavendum tibi erat. (*u*) Vecordia sane Græcorum pectora, & serius ac ipsi Phryges sapere docta, qui tantula causa ad tantam moverentur insaniam (*x*)

§. XI. Nec desunt ex ipsa antiquitate monumenta, quibus aliis ex causis hanc belli flammam ortam esse appareat. Juraverant scilicet omnes Græcorum Reguli, se injuriam quæcunque Menelao inferretur ulturos. Itaque tenebantur ex fœdere. Pugnabant religione ducti, non cœco pulchritudinis Affectu. Atqui, inquies: illud fœdus ex Helenæ pulchritudine natum. Omnes enim qui jam socia arma conjungebant, eam quondam ambierant. Qui sane procorum numerus, & fervida in Tyndari filiam studia certo documento sunt forma eam admodum insigni fuisse, quæ tot undique ipsi cultores allicuerit. Dicuntur hæc fateor non sine veritatis specie: tutius

(*u*) Verba sunt EURIPID. *Iphigen. in Aulid. p. 489. & in Andromach p. 400.*

(*x*) Similia invenies in FONTANELLE: *Dialog. des morts anciens 4. conf.* LUCIAN. *in Dialog. infer. 18.* Multo sanius igitur responsum est: apud HERODOT. *lib 1 in initiis.* Ad quæ argumenta regerit *Georg.* NEANDER *in præf. ad Coluthum:* Solere divinam vindictam puniendis sceleribus, tantis interdum motibus sævire.

tius tamen credo si circumspicias, an non aliis ex causis, ad eas nuptias ambiendas græca juventus perduci potuerit. Enimvero si accuratius rem pensites, satis manifeste eas annotatas reperies. Erat Tyndaro ex Leda major natu filia, Agamemnoni nupta, quæ defunctis Castore & Pollu-ce fratribus, (qui cœlibes decessere, itineribus ad gloriam parandam pro seculi more intenti,) regni Spartani proxima heres existebat. At re-scidit eas spes pater Tyndarus, regnandique jura in Helenam transtulit. (y) Quæ cum ob tam amplam dotem à multis peteretur, atque pater simul sororis jura, quæ ipsa ætatis veneratione præferenda erat timeret, & rivalium iras ne vindictam repulsæ exposcerent metueret: Ulyssis consilio, qui in solertiæ præmium Penelopen sibi stipulatus est, (z) equum sacra facturus mactavit. Super hujus visceribus omnes jurare coëgit: (a) Si

(y) Ita HYGIN. *fab. 78.* MEURS. *de regn. Laconic. c. 5.* & BAYLE *Dictionair. voc. Helene* Quod tamen omnino mirum est, si Tyndarus non ex se natam esse credidit Helenam; nisi jam illo tempore gloria quædam potuit esse, Jovem thori habuisse consortem.

(z) PAUSAN. *libr. 3. p. 188. l. 32.* LUCIAN. *in Charidem. p. 336.*

(a) APOLLOD. *Biblioth. Deor. lib. 3. p. 70.* EURIPID. *Iphig. in Aulid. p. 475.* PAUSAN. *lib.*

quis ei quem felix hic Hymen maneret, injuriam inferre ullo modo molitus esset, vellent omnes communibus armis, communi opera, tutum illum præstare atque securum. In quæ verba cum omnes essent adacti, equum eo ipso in loco defodit, cujus monumentum suo tempore in terra Laconica Pausanias vidit. (*b*) Hisce peractis elegit Helena, hanc enim illi genitor libertatem concesserat, Menelaum Agamemnonis fratrem, (*c*) minori ejus invidia, quod cognatum sanguinem substitutum sibi cerneret. Successit etiam Menelaus, nullo alio jure nisi quod gener Tyndari esset, non invito fratre. (*d*) Hæc captati Hymenæi,

lib. 3. p. 188. lin. 23. Quo de more vid. NATALIS COMES *Mytholog. lib. 6. c. 23.* Est autem hoc fœdus diversum ab eo, quo per medium porcum marem dissectum nudatis gladiis eos transiisse, & mucronibus sanguine ejus tinctis, inimicitias cum Priamo per religionem confirmasse, tradit DICTYS CRETENS. *lib. 1. c. 15. ibique* DACIERIA. *n. 18. conf.* CANTERUS *ad Lycophr. p 171. &* SMIDS *in scen. Troic. n. 10.* Exemplum paralellum quærunt in JEREMIA. *c. 34.*

(*b*) PAUSAN. *lib. 3. p. 188. lin. 21.*

(*c*) Conf. CEDRENUS. *p. 102.*

(*d*) Ereptum tamen Menelao regnum ab Hypocoonte, & restitutum quidem ab Hercule sed duris conditionibus, narrat DIOD. SICUL. lib.

menæi, fœderisque conventi non improbabilis causa videtur. Forte nec levem bello ad Trojam gesto stimulum addiderit, quod simul cum uxore hæc in se jura translata crediturum Paridem Græcia timuerit, eo magis, quod Helena jure cognationis familiæ Priami se innexam profiteretur. (e) Quo pertinere videtur Dictys Cretensis, apud quem satis aperte Achilles: Non Helenæ neque Menelai gratia, exercitum relictis sedibus parvulisque, procul à domo, cruentum suo hostilique sanguine, inter ipsa belli discrimina hujusmodi militiam tolerare; sed cupere dignoscere: Barbarine, Græcine summa rerum potirentur? Cui convenit Ajacis Locrensis apud Philostratum effatum: Non Helenæ causa se Agamemnonem sequi, sed ipsius Europæ; fas esse enim, ut Græci qui sint, Barbaris superiores existant. (f)

lib. 4. c. 33. Post Menelaum autem regnavit Spartæ Oreſtes, Agamennonis ex Clytemneſtra filius, is enim Hermionem Menelai filiam duxerat. MEURS. *de regn. Laconic. c. 5.*

(e) DICTYS CRETENS. *lib. 1. c. 9. ibique* DACIERIA *n. 58.* CEDREN *p. 102. conf.* PERIZONIUS *diſſ in Dictyn. §. 17.*

(f) DICTYS CRETENS. *lib. 3. c. 23.* PHILOSTRAT. *Heroic. c. 8. n. 1.* Addatur ISOCRATES, qui ridiculus eſſet ſi Rhetorem agere

§. XII Sane licet in tanta antiquitate semper aliquid umbræ remaneat, non tamen hæc admodum aliena videntur à veritate, eoque ipso quod nihil extra ordinem contineant, & in solitis rerum humanarum terminis subsistant, forte iis calculus adjiciendus erit. (g) Inprimis si cogites, illos etiam authores, qui aliquatenus ab ipsis primæ memoriæ initiis recedunt, habuisse sæpius antiquiores quos sequerentur. Libera tamen cuique sua remaneat sententia, in quamcunque animo propendere voluerit. Licet enim concedatur, non ob amplam dotem quæ regale sceptrum aliatura erat, sed ob sui ipsius præstantiam eam adamatam Hymenæoque expetitam esse, inde necessario tamen asseri non poterit, eam quotquot unquam fuit fœminarum, formæ gloria vicisse. Est enim, quod præter pulchritudinem ametur in mu-

" agere non constituisset: Græci omnia hæc ege-
" runt, non quod vel Alexandrum vel Mene-
" laum tanti facerent; sed alteri pro Europa, al-
" teri pro Asia dimicabant: existimantes, utram
" corpus Helenæ incoleret, eam regionem fore
feliciorem, *Encom Helen. p. 420.*

(g) Mihi sane in historica antiquitate minime negligenda videtur hæc regula, ut ea potius credamus quæ verisimilia sunt, & à conditione rerum humanarum non aliena, quam ea quæ scenam instructam redolent, & ubi Deo ex machina opus est.

muliere, (*b*) oris modestia, morum elegantia, animi ingenui grata libertas, suadæ cum protervitate quadam connubium, frontis ingeniique petulantioris hilaritas, & quæ alia in haud paucis coli videmus, quibus facies minus ingenua obtigit. Est sane in multis haud adscititius quidam Veneris lepos, cui describendo licet verba non sufficiant, id tamen satis certum est, eum minime pulchritudine censeri. Inde illa inter pulchram & venustam nata distinctio. (*i*) Ita Cleopatra Cæsaris, Antoniique amoribus expetita fuit, quam tamen non adeo pulchram fuisse Plutarchus

(*b*) In pulchritudine præfertur venustas colori, „ & decorus ac gratiosus oris & corporis motus „ ipsi venustati. Ea præcipua pulchritudinis „ portio, quam pictura repræsentare non potest. „ BACO DE VERULAM. *serm. fidelib. c. 41.* Clarius LE NOBLE *Ecol. du Mond. Tom. V. p. 7.*

(*i*) Novi in determinanda vocabulorum horum, ita enim dicimus, significatione, dissentire Lexica, at ego mentem meam illis satis bene exprimi credo. conf. *Dn.* FECHT *noct. Christian. p. 385.* ubi simul Synonymiam & Homonymiam reperire poterunt, quibus talia videntur necessaria. *p. 362.*

testatur. (k) Notumque est historiæ cultoribus, Mariæ de Padiglia, cui se totum consecraverat Petrus Crudelis Castiliæ Rex, formam non adeo egregiam obvenisse. (l) Imo nec nostris temporibus Valeria defuit, quam licet vultu multis cederet, regiis tamen honestavit amoribus omnibus aliis prælatam, Ludovicus magnus ille Gallia-rum Rex. (m)

§ XIII. His obiter monitis, jam ad eos enarrandos pergimus quos amore Helenæ unquam captos fuisse prima illa tradidit antiquitas. Licet autem integra ejus vita fere recensenda sit, cum nunquam amorum fuerit immunis, nolui tamen hoc caput prætermittere, ne ii, qui magnum in illo numero sibi præsidium quærunt, minus ingenue a nobis actum esse, asserere queant. (n) Primus igitur qui cum fide aliqua afferri possit Theseus est, terræ Atticæ Regulus, inter heroes antiquorum non postremus & post fata consecratus, qui eandem ante Paridem rapuit. Equidem fuere,

(k) PLUTARCH. *in Anton. p. 344.* Icona ejus ex nummo habet BEGER. *Thesaur. Brandenb. Tom. III. p. 327.* & LOCCENSTEJN *in Cleopatr.*

(l) *Conf.* ROGATUS *Tom. V. Histor.* & *Curieuse Nachricht* d' AUNOY Reise durch Spanien. *Tom I. p. 37.*

(m) *Histoir. du Palais Royal. p. 8.*

(n) *Vid.* ISOCRAT. *Laudat. Helen.* p. 45.

fuere, qui eum hoc liberaturi crimine, Idam & Lynceum subſtituunt, qui abreptam Theſeo tantum cuſtodiendam tradiderint. Imo quibusdam authoribus Pater ipſe Tyndarus Theſeo ſervandam dedit, cum Enarsphori timeret inſidias, raptum puellæ haud tecte meditantis. Quia tamen Plutarcho, hæc minus fidem mereri videntur, noſtrum non eſt authoritatem illis tribuere, quam Chæronenſis ille denegavit. Noluimus tamen ſilentio præterire, ut ſi cui libuerit, & hi numerum augere queant. De Theſeo omnes fere conveniunt, cujus vitæ ratio nec à talibus abludere videtur, neque enim prima fuit Tyndari filia, in quam talia auſus ſit. Eandem ille in plures exercuerat violentiam, quarum nomina in vita ejus Plutarchus exhibet, quem hic potiſſimum conſuluimus. Adfuit ei ſimul Pirithous cujus in hoc raptu non exiguæ partes ſunt. Niſi enim Helena ſorte Theſeo obtigiſſet, retinuiſſet eandem ſibi Pirithous. (o) Saltabat illa in templo

(o) Mentionem ſortis injicit DIODOR. SICUL. *lib. 5. c. 65. &* PLUTARCH. *in vit. Theſei. p. 42. conf.* ISOCRAT. *Encom. Helen. p. 43.* LUCIAN. *in Charidem. p. 336.* Effigiem Theſei & Pirithoi Helenam rapientis, ſuo tempore in ſella Amyclea vidit PAUSAN. *lib. 3. p. 184. lin. 19.*

Dianæ Orthiæ, (p) more apud Lacedæmonios recepto, cum hoc in eam perageretur facinus. Quod tamen an amoris instinctu factum sit, non sine

(p) De hoc Dianæ cognomine en DACIERII " conjecturam : On veut que Diane ait eu ce surnom d'un certain lieu d'Arcadie, ou elle avoit " un temple. Je crois plûtôt qu'Orthia ne signifie que severe; car les Grecs appelloient Orthion, tout ce qui étoit dur, facheux & difficile. On sait que les enfans de Lacedemone " se foüettoient cruellement, devant l'autel de " cette Deesse. Voila dequoi on lui donna ce nom. *Remarqu. sur les vies de Plutarqu. p. 89.* Merito tamen dubites, an Helenæ tempore hæc apud Spartanos instituta jam obtinuerint. Solent enim illa Lycurgi legibus adscribi, qui multo tempore post Menelaum vixit. Quamvis verosimile sit, eundem genio sui populi ejusque moribus, in ferendis legibus omnino multum dedisse, & ita priscos ritus nova auctoritate confirmasse. Quod monere hic volui, quoniam observo, & in aliis quæ de Helena narrantur, mentionem fieri consuetudinum, quæ forte non nisi post aliquod temporis intervallum invaluere. In quem ego numerum confero, quod nuda cum nudis luctas iniisse, corpusque exercuisse in Palæstra dicatur. Quod asserunt EURIPID. *Andromach. p. 399.* LUCIAN. *p. 27. & 240.* OVID. *Epistol. Heroid. 15. v. 149.*

sine dubio est. Præterquam enim quod amor non patiatur socium, qualis hic in Pirithoo fuit, tenera sane Helenæ ætas nondum videtur Veneris desiderium inspirare potuisse. Decennis erat si Diodoro Siculo credimus, si aliis septennis. (q) Theseus autem quinquaginta annos expleverat, qua ætate jam solemus remissiores esse ad amorem; nisi quod senes ubi amant, gravius insaniunt ac ipsi juvenes. Atque hunc ipsum ætatis nubilis defectum, causam raptus fuisse putant, desperante scilicet Theseo, eam se à Patre impetraturum, cui justus nondum erat annorum numerus. (r) Quamvis hæc quæ de annis afferuntur satis sint incerta, si illis fidem adhibere velimus, qui Helenam ex Theseo gravidam esse factam asserunt. Non hic vanis rumoribus innitemur, & suspicionibus fidem adstruere conabimur. (s)

(q) Decennem dicit DIOD. SICUL. *lib. 4. c. 65.* CLEM. ALEXANDRINUS, *& ex eo* PETAVIUS *in Rationar. tempor. P. 1. p. 44.* Septennem NEANDER *ad Tryphiodor. p. 228.* & DACIER *sur les vies de Plutarqu. p. 41.*

(r) Ex institutis Lycurgicis mulieres Spartanæ ante vigesimum ætatis annum non nubebant. CRAG. *de Republ. Lacæd. lib. 3. tab. 4. inst. 2.*

(s) Vid. OVIDIUS *epist. Heroid 5. v. 129. & Epist. 15. v. 157. (conf.* GONZALEZ DE SALAS *in Petron. p. 158.) & ep. 16. v. 27.* Menelaus equi-

Unicum audiamus Pausaniam (*t*) cujus ipsa verba dabo: In terra Corinthiaca prope Thesei saxum, cella est Veneris sponsæ, à Theseo cum Helenam uxorem duceret ædificata. Est & Lucinæ fanum, quod dicavit Helena, quo tempore Lacedæmonem reportata est. Fuisse eam ajunt ex Theseo gravidam, & Argis enixam templum Lucinæ erexisse; puellam vero quam peperit Clitemnestræ educandam tradidisse. Quare & Euphorion Chalcidensis, & Alexander Pleuronius, & ante eos Stesichorus Hymeræus, idem quod Argivi celebrant, versibus testati sunt, Iphigeniam Theseo ex Helena genitam. (*u*) Sive gravida fuerit sive

equidem apud HOMERUM *Iliad. N. v. 626.* vocat κεδνὴν ἄλοχον, quod VALLA transtulit: uxorem quam virginem duxi. Sed abeunt ab eo reliqui interpretes. Et præterea infrequens non est in veterum monumentis, etiam marito nuptam si juvenis sit, nomine virgineo honorari. *vid.* DRESEMIUS *ad Iscan. lib. 1. v. 492.* NORMANNUS *ad Aristid. Rhetor. Orat. ad Achill. p. 51. in not.* TAUBMANN. *ad Virgil. Culic. p. 270.* & RITTERSHUS. *ad Plaut. Cistellar. Act. 2. Scen. 3. v. 77.*

(*t*) PAUSAN. *lib. 2. p. 137. lin. 40.*

(*u*) PAUSAN. *lib. 2. p. 118. lin. 10.* Illam ipsam scil. Iphigeniam quæ Agamemnonis filia credita est, & cujus ad §. 10. mentionem fecimus.

conf.

sive minus, repetita est à fratribus & Theseo rursus erepta, cum ille Pirithoo Proserpinam rapturo adesset.

§. XIV. Jamque aderant tempora, quibus elocare eam pater, & maritali thoro tradere decreverat. Multitudinem procorum & juramentum ea ex causa postulatum §. 11. attulimus. Ipsa procorum nomina Apollodorus & exeo Natalis Comes recenset, quæ bona fide dabimus: (x) Ulysses Laërtæ, Diomedes Tydæi, Antilochus Nestoris, Agapænor Ancæi, Sthenelus Capanei, Amphilochus Cteati, Thalpius Euryti, Meges Philei, Amphilochus Amphiarai, Mnestheus Petei, Schedius Epistrophi, Polyxenus Agasthenis, Peneleus Leithi, Ajax Oilei, Ascalaphus & Jalmenus Martis, Elphenor Chalcodontis, Eumelus Admeti, Polypoetes Pyrithoi, Leonteus Coroni, Podalirius & Machaon Æsculapii, Philoctetes Poeantis, Eurypilus Evæmonis, Protesilaus Iphicli, Menelaus Atrei, Ajax & Teucer Telamonis, Patroclus Menoetii. (y) Quæ grandium turba

conf BAYLE *Diction. voc. Helene.* Alii tamen Hermionem hoc partu exclusam esse dicunt conf. NATAL. COMES. *Mytholog. p. 659.*

(x) APOLLODORUS *lib. 3. p. 70. a.* NATAL. COMES *lib. 9. c. 19. p. 1010.*

(y) Illis qui hic enarrati sunt addit EURIPIDES Achillem, *in Helen. p. 817.* HYGINUS *vero*

ba nominum, nihil magis ad Helenæ pulchritudinem facit ac Eliſabethæ Anglicæ formam adſtruit expetitum a multis connubium. Unus tamen omnibus prælatus eſt Menelaus, divitiis ſuis & pulcherrima domo ad poſteritatis admirationem celebris. (z) Rubram ei fuiſſe barbam aſſerit Jac.

vero *fab. 81.* etiam nominat Antimachum, Æceum, Blanirum, Clytium, Cyaneum, Phemium, Nirea, Tlepolemum, Idomenæum, Teleontem, Tallium, Protum, Thoam, Phidippum, Meriona. Quamvis facile appareat multa horum nominum ex Apollodoro eſſe corrupta. *vid.* SCHEFFERUS & MüNCKERUS *ad loc. cit.* qui quod obiter moneo, videntur fruſtra circa ultima capitis verba criſin exercere, cum nihil vetet, ea vel ipſius Hygini vel alius cujusdam manu in textum irrepſiſſe, ad denotandum antiquitatis diſſenſum.

(z) Epithalamium Helenæ cum nuberet Menelao, exhibet THEOCRITUS *Idyll. 18. p. 153.* ubi inter ſexaginta puellas ei collatas, nulla dicitur fuiſſe quæ menda careret. De divitiis Menelai teſtatur EURIPID. *Andromach. p. 383. 385. 401.* de domo. HOM. *Odyſſ. Δ. v. 44. 71. 476.* ATHENÆUS *Deipnoſoph. lib. 1. p. 12.* PAUSANIAS *lib. 3. p. 174. lin. 30.* qui eam ſuo tempore extra Dromum oſtenſam ſibi narrat, à privato homine inhabitatam. *it.* LUCIAN. *in Charidem. p. 337. b. & in Philopatri. p. 333. b.* qui ultimus

Jac. Thomasius, forte quia Homerus sæpius flavum vocat, quod de coma ejus expresse affirmat Philostratus. (a) Dares Phrygius mediocri eum ait fuisse corpore, rufum, formosum, acceptum, gratum. (b) Istum Draconem, quem in ejus clypeo

---

timus locus quas controversias moverit vid. *in Dn.* BöHMERI *diss jur. eccles. antiqu. disp. 1. p. 52. seq.* vide etiam quæ reperiuntur apud SPONIUM *junctum Tavernierio. p. 35.* Quæ tamen ego eadem fide dicta esse nullus dubito, qua singulis in terra sancta locis nomina assignantur.

(a) THOMAS. *diss. de barbâ c. 1. lemmat. 1.* HOMER. *Iliad.* Γ. *v. 434.* Δ. *v. 183.* K. *v. 240.* *Odyss.* Γ. *v. 168. 257. 326.* PHILOSTRATUS *Heroic. c. 6. & epistol. 37.*

(b) DARES *c. 13.* Concordat HOMERUS *Odyss.* Δ *v. 264.* De obsidiana Menelai imagine *vid.* PLIN. *lib. 36. c. 23.* Nummum sub ejus nomine exhibet ROTHIUS *in fronte diss. de Bello Trojan.* Qui plura de ejus forma cupit, adeat PHILOSTRATUM *in Heroic. c. 6.* ISAAC. PORPHYROGENETAM *in Characterib. apud Rutgersium Var. lect. p. 517. Joseph.* ISCANUM *lib. 4. p. 62.* Istud singulare est, quod ex antiqui Philologi testimonio, eum perpetua juventa floruisse, nec unquam attigisse senium asserat AUSON. *epitaph. Heroum 2.*

peo efformatum vidit Pausanias, (*c*) libertati potius pictoriæ adscribo, quam ut jam eo tempore, insignium, quibus illustres dignoscuntur familiæ, usum fuisse credam.

§. XV. Quod pulchrarum non adeo durum fatum est, ut etiam cum nupserint amentur & ament interdum, idem Helenæ evenit. Neque clam voluptatibus suis indulsit, sed domo relicta, Paridem, quem Homerus & Græci frequentius Alexandrum vocant, nave in Ilium secuta, veteri relicto thoro in novos ruit hymæneos. Cujus hanc causam fabulatur Stesichorus, quod Tyndarus omnibus Diis sacra faciens, Venere sola neglecta, Deam illam filiabus infensissimam reddiderit, cujus decreto illæ duos maritos imo tres haberent, protinus tandem deserendæ. Quod utaliquo modo vindicaret Tyndarus pater, aureas signo Paphiæ injecit compedes. Quamvis alii ipsum Menelaum Venerem sacrificio placare neglexisse asserant,

(*c*) *Lib. 10. p. 603. lin. 2.* apud quem & hujus generis plura occurrunt. Ita in Aristomenis scuto insignem fuisse aquilam, passis ad extremos clypei margines alis *lib. 4. p. 229. lin. 23.* & in Idomenæi clypeo gallum gallinaceum asserit. *lib. 5. p. 312. lin. 10.* Quam omnino hæc nihil probent certi *vid.* SCHEFFER *de regn. Suec. insignib. c. 3.* & SPENER *Heraldic. P. 1. c. 2.*

rant, conjugis inde infidelitate puniendum. (*d*) Paridem forma non illiberali fuisse omnes conveniunt. (*e*) Neque rudis erat amorum novusque in hac militia. Dum enim pater, præsagam quam Hecubæ utero excludi per somnium facem viderat, vitare vult, in Idæ jugis expositus est hic infans tenellus, (*f*) & postquam pia pastorum cura enutritus

(*d*) Tyndaro culpam tribuit STESICHORUS. *p. 79.* Menelao. BAYLE *in Dictionar. voc. Helene lit. T.*

(*e*) DICTYS. *lib. 3. c. 26.* HOMER. *Iliad. 1. v. 39. 44. 64.* LIBANIUS *p. 5.* COLUTHUS *p. 85.* OVID. *Heroid. epist. 16. v. 93.* Formam Paridis plenius describit DARES. *c. 12.* PHILOSTRAT. *in Heroic.* ISAAC. PORPHYROGENIT. *apud Rutgersium Var. lectionib. p. 52.* ISCANUS. *p. 60.* Icona ejus ex nummo habes *in* GRONOVII *Antiquit. græc. Tom. I. lit. Oooo.* & ex statua in SANDRARTI *Academia II.* Haupt-Theil 2. Theil. *p. 11.* conf. de oculis pictis quos ei tribuunt *Dn.* OLEARIUS *ad Philostrat. vit. Apollon. lib. 6. c. 10. n. 24.* & TENTZEL. Monatl. Unterred. *1689. p. 500. sequ.*

(*f*) Æsacus Priami somnium explicavit. Servus Agelaus aut Archelaus Paridem exposuit, qui quinque dies ab ursa nutritus esse dicitur. APOLLOD. *lib. 3. p. 73.* DICTYS *Cretens. lib. 3. c. 26.* LYCOPHRON. *in Cassandr.* OVID. *Heroid.*

tus primos juventæ annos inter pecora pecorumque curam transegerat, (g) Oenones Nymphæ expetitus amoribus est. Hanc licet ab Apolline vim passam (h) conjugio sibi junxit, loco tandem Helenæ cessuram, unde Ovidius in Heroidum epistolis argumentum sibi sumpsit. (i) Cum autem invita Oenone abiret in Græciam, prædixit gravi eum illa vulnere lædendum. Cui ille voci, sive serio sive quod contemneret, respondit: rediturum se ad eam, ubi dictis fidem constare sensisset. Saucius igitur telis hostilibus, ad eam in montibus degentem, deferri se jussit: non tamen expertus facilem, quippe quæ vulneris suscipere curam, succensens violatæ fidei recusavit. Unde Trojam relatus, opeque quam sperarat destitutus

Heroid. ep. 15. v. 45. & ep. 16. v. 237. NATAL. COMES. *p. 652.*

(g) Hinc THEOCRIT. *Idyl. 27.* Paridem bubulcum dicit, & PHILOSTRATUS *ep. 68.* Helenam nec pastores sprevisse asserit. Quod minime de pastoralibus conditionibus intelligendum; hanc enim nemo ei turpitudinem inussit.

(h) Ita ipsa apud Ovid. Heroid. ep 5. v. 139.

(i) *Heroid. ep. 5. conf.* BION. *Idyll. 7. &* DICTYS *lib. 3. c. 26. it.* SALMAS. *ad aram Dosiad. p. 154.* Geminum etiam Paris ex ea partum sustulisse dicitur. CANTER. *in Lycophr. Cassand. p. 152. &* VAN MANDER. *in explicat. Metamorph. Ovid. p. 129.*

stitutus obiit. Neque tamen multo post & illa adest, impotens sui, iramque amori pristino concedens. Dum autem jam defunctum invenit, & ipsa desperationi cedens vitam finiit, (*k*) id demum in morte consecuta solatii, ut eodem tumulo uterque tegeretur. (*l*)

§. XVI. Dum ita armentis præest Paris, Dearum judicem Jovis decreto factum esse fingunt. Mox tamen dexteritate sua prodidit indolem præsenti fortuna majorem. Nam & latronibus, armenta quæ abduxerant, fortis nec sine cæde eripuit, (*m*) & inter ludicra certamina Hectorem

(*k*) Cadavere Paridis viso eam ita commotam ut deficiente per mœrorem animo concideret, narrat DICTYS *lib. 4. c. 21* præcipitem eam se conjeciisse in ejus rogum COINT. *derelict. lib. 10. v. 467.* qui late habet ejus historiam, & LYCOPHRON. *in Cassandr. p. 7* collo laqueum induisse APOLLOD. *lib 3. p. 73. b.* CEDREN. *p. 107.* De causa hujus varietatis in historia *vid.* PERIZON. *diss. in Dictyn. §. 13.*

(*l*) Oenone & Paris eodem funere conditi in Cebrenia. STRABO. *lib. 13.*

(*m*) Unde cognomen Alexandri promeritus est. APOLLOD. *p. 73.* OVID. *Heroid. ep 15. v. 359.* Quamvis huic nomini indignatus fuisse videatur Alexander M., unde oblatam sibi ejus lyram non sine dicterio rejecit. PLUTRARCH. *in*

vicit: (n) qui hinc iratus gladio in eum irruens, ansam dedit ut prolatis crepundiis genus probaret. Regii itaque sanguinis agnitus, satis splendido apparatu in Græciam solvit, Helenamque à Menelao abduxit. Quot annorum tum fuerit incertum est. Ephebus fuit si Philostrato credimus, qui etiam annos nondum 30. natum, interemptum esse tradit; si Cedreno fides, 30. annorum jam compleverat numerum, cum adiret Græciam. (o) De Helenæ annis certi quid statuere æque difficile est. Lucianus vehementer anum fuisse asserit, non sine rationibus, quæ etiam Petavium adduxere, ut minimum eam isto empore 30. annos habuisse statuat; (p) qua stante

---

in vit. Alexandri c. 24. ÆLIAN. *var. histor. lib. 9. c. 38. conf.* DEMPSTER. *ad Rosin. lib. 5. c. 29. circ. fin. &* FREINSHEMII *supplem. Curtian. lib 2. c 4.*

(n) OVID. *Heroid. ep. 15. v. 361.* HYGIN. *fab. 91.*

(o) Locus est apud PHILOSTRATUM *in Heroicis & apud* CEDRENUM *p. 101.*

(p) LUCIANUM *vide in Gallo p. 214.* PETAVIUM *in Rationar. Tempor. P. 2. p. 115.* qui ut sententiam suam aliquo modo verisimilem faciat, supponit Ledam anno ætatis 14. vel 15. Castorem, Pollucemque peperisse, & post elapsum ab eo tempore triginta annorum spatium, Helenæ demum

te sententia, post extractum apparatu belli, ipsiusque obsidione urbis ingens temporis spatium, (q) vix superesse potuit Menelao quod amaret in

demum esse matrem factam. Quam tamen sententiam ipse non adeo probat: & omnino hæc non possunt reduci ad calculos Chronologicos. *conf.* BAYLE *Dictionair. voce Helene, lit. O. Explic. historiqu. des fabl. Tom. II. p. 198.*

(q) Discrepare in tempore obsidionis definiendo auctores, satis notum est. Communi opinione decem anni computantur; quod cum longum nimis videretur, alii novem priores annos insumtos dicunt subjugandis circumjacentibus urbibus, decimum ipsi illio. Ea fere in sententia est THUCYDIDES *in init.* quem sequitur *Explicat. historiqu. des fabl Tom. II. p. 175.* DARES ut hoc decennium expleat, inducias sibi easque satis longas fingit. *c. 22. ibique* DACIERIA *n. 48.* At DIO *Chrysostomus* decem annos solummodo apparatu belli transactos putat. *Orat. 11. p. 84.* Quinquennio integro bellum apparatum, decem annis, mensibus sex, diebus duodecim absolutum, accurato sane temporis scrutinio, tradit NEANDER *præf. ad Tryphiodor.* Longissimus omnium Homerus, ex quo viginti annos colligas, decem exercitui colligendo, decem alios bello conficiendo. Ita enim apud eum Helena: Jam nunc mihi vigesimus annus est,

uxore.(r) An invita abducta sit, an sponte secuta dubium. Sunt qui referant Paridem cum eam interdiu vidisset, expugnato eadem nocte in quo degebat fano, ignaram ejus consilii rapuisse. (s) Alii secutam eam equidem Paridem esse concedunt, sed qui Veneris dolo Menelao totus similis factus,

---

est, ex quo huc veni & à mea discessi patria. *conf.* DACIERIA *ad Dictyn. præf. p. 1.*

(r) Ut solverent has difficultates, fuerunt ex antiquis qui eam senectuti haud fuisse obnoxiam dicerent, COINTUS *derelict. lib. 10. v. 312.* DONATUS *ad Virgil. Æneid. p. 294.* Et forsan apud nos etiam supererunt severi illi antiquitatis vindices, qui eo tempore homines longævi ores fuisse, diuturnioremque simul & pulchritudinem & procreandi facultatem habuisse asserant. Uti etiam negandum non est, etiam in ætate provectioribus sæpius adhuc dum adesse formæ gratiam, secundum illud EURIPIDIS: pulchrarum autumnus pulcher Qualium integrum dedit Catalogum, BRANTOME *Memoir. des dam. galant Tom. II. p. 240.* quamvis & vestium decor multum formæ conferat, cujus notabile exemplum in Christina Charlotta Principe Frisiæ Orientalis habes in Historisch. *Remarqu. 1699. p. 152.*

(s) DAR. PHRYG. *c. 10.* DONAT. *ad Virgil. Æneid. p. 215. & p. 770.*

factus, sub mariti specie ei illuserit. (*t*) Communior est sententia, motam eam Paridis forma, opulentia, illecebris, consensisse ut raperetur. (*u*) Hunc enim cum hospitio à Menelao acceptus esset (*x*) videndi, eique colloquendi occasionem nacta est. Pertinent huc Paridis & Helenæ mutuæ apud Ovidium epistolæ, (*y*) quamvis illic omnino multa sint Poëtica, & ad similitudinem veri potius accommodata, quam verisimilia. (*z*) Abierat Menelaus Cretensibus negotiis

(*t*) *Scholiast. Hom. in Odyss. lib. 23.*

(*u*) LIBAN. *p. 6.* EURIPID. *Troad. p. 653. 677.*

(*x*) HOMER. *Iliad.* Γ. *v. 354.*

(*y*) *Heroid. epist. 15. & 16.* Dum de epistola loquor, obiter adjicio sigillum Helenæ, in quo fuit Pan piscis. PTOLOM. HÆPHESTION. *in excerpt. nov. hist. lib. 7.*

(*z*) v. gr. *quæ ep 15. v. 217.* habentur, morem accumbendi Romanis familiarem tangunt, cum tamen HOMERUS Heroas suos mensis semper assidentes introducat. *vid. Iliad. I. v. 200. Ξ. v. 250. & Odyss. X. v. 19. conf. Ezech.* SPANHEM. *ad Callimach. p. 229.* Imo ipsi Romani antiquissimis temporibus ad mensam sedebant. SERVIUS *ad Virgil. Æneid. 7. v. 176.* quod à mulieribus verecundiæ causa aliquandiu retentum, unde & Dea-

tiis districtus, unde multis ansa data est, ut proprii eum dedecoris auctorem, dum negligentior in uxoris custodia est, habeant. (a)

§. XVII Aderat illa sacrificio quod inter Bacchas in ipso maris littore Inoni curabatur, cum illud in eam perpetratum est facinus. (b) Neque sola abducta, sed simul servæ, (c) & præter servas magna nummorum & regiæ supellectilis copia, (d) in qua & celebris ille tripus aureus fuit, qui postmodum Delphis Phœbo dicatus est. Hunc enim Helena in Coum mare abjecerat, quod

---

Deabus sellæ ponebantur non lecti. VALER. MAXIM. *lib. 2. c. 1. n. 2.* vid. quæ *ad §. 13. lit. p.* dixi.

(a) EURIPID. *Andromach. p. 399.* OVID. *Heroid. ep. 15. v. 299. & ep. 16. v. 155.*

(b) LYCOPHRON. *p. 154.* NATAL. COM. *p. 658.*

(c) Putant inter has fuisse Æthram Thesei matrem, de qua tamen PLUTARCHUS dubitat, *in vit. Thesei. conf.* HOMERUS *Iliad.* Γ. *v. 144.* HYGIN. *p. 92. &* PERIZON. *diss. in Dictyn. §. 11. item* BEGER. *in Excid. Trojan. fig. 63.*

(d) Hinc Achilles apud DICTYN: non ob mulierem unam, sed Atrei atque Pelopis divitias raptum peregisse Paridem affirmat *Lib. 3. c. 23. conf.* HOMERUS *Iliad.* Γ. *v. 70. 91.* H. *v. 350. 389* N. *v. 626.* HERODOT. *lib. 2. p. 208.* LIBAN. *p. 8.*

quod rixarum causam fore incerto vaticinio prædictum esset. (e) Dicty tamen si credimus non abstulit marito, nisi quæ illa sibi propria habebat, quod & addita jurisjurandi religione Priamo affirmavit. (f) Mundum equidem suum sibi asportasse credibile est, (g) neque tamen omnem, notat enim Eustathius antequam in Asiam solverent Græci, Menelaum cum Ulysse Delphos petiisse,

(e) DIOG. LAERTIUS *in vit. Thaletis p. 21.* Nec defuit vaticinio eventus. Cum enim Herculi Pythia respondere non vellet, is spoliavit templum & tripoda secum avexit. Unde pugna inter eum & Apollinem, quam Jupiter medio fulmine diremit. APOLLOD. *p 45. b.* Tripodis illius figuram exhibere se putat SPONIUS *in miscellan. erudit. antiqu. conf. Ezech.* SPANHEMIUS *in not. ad Callimach.* Quibus superaddere quid impossibile credit VAN DALE *de Oraculis p. 167.* Sunt tamen alii qui non tripodem sed cratera ab Helena abjectum dicunt. *vid.* BAYLE *Dictionair. voc. Helene lit. z*

(f) DICTYS *lib 1. c. 9.* CEDREN. *p. 102.*

(g) Huc pertinet VIRGILIUS *l. 1. Æneid. v. 652.* ubi, velamen Acantho circum textum, inepte Varro Epicadus apud SERVIUM exponit, de intertextis vesti aculeis Acantho demtis. Melius cum SALMASIO dicas, extremum vestis ad formam acanthi textili opere efformatum fuisse.

tiisse, monili quod Helena reliquerat Minervæ consecrato. (*h*) Ab ipso statim decessu insignem amoribus suis reddidere insulam Cranaën, (*i*) nam

(*h*) EUSTATH. *ad Odyss. lib. 3.* Hoc monile Helenæ à Venere oblatum erat. BAYLE *Dictionair. voc. Helene lit. z.* Bello sacro cum templum Delphicum spoliaretur, & principum ex Phocide uxores ornatum sibi ex spoliis sumerent, ea quæ hoc monili potita erat, in turpitudinem meretriciam prolapsa, formæ elegantiam proteravæ stupratorum libidini prostituit. Quod tanquam meritam sacrilegio pœnam notat DIODOR SICUL. *lib. 16 c. 65.*

(*i*) Hodie Spataram. *vide* BAYLE *Nouvell. de la Republ des lettr. 1687. p. 66.* aut Macronisso, quam male à Plinio Sporadibus annumerari contendit BRIETIUS *Paralell. Geogr. Tom. II. p. 446. conf.* HOMER. *Iliad.* Γ. *v. 445.* PAUSAN. *lib. 3. p. 190. lin. 38.* PLUTARCH. *p. 374. c.* STRABO *lib. 9.* OVIDIUS, quæ ipsius licentia est, jam in ipsa Menelai domo sub Paridis persona eam sollicitat, *Heroid ep 15. v. 283 conf. ep. 16. v. 261* Alii in ipsa navi excussum esse primum pudorem dicunt, quos si non plane probat, saltem amantium liberioribus jocis atque lusibus in ea locum datum esse putat *Dn.* OLEARIUS *ad Philostrat. ep. 42. conf. etiam* BAYLE *Nouv. de la Republiqu. des lettr. 1687. p. 68. 69.* qui haud

nam illic prima indulsisse gaudia amoribus suis creduntur, ubi & Paris voluptatis suæ memoriam templo extructo superstitem esse voluit, quod Veneri Migoniti consecratum, regioni circumjacenti nomen Migonion dedit, ut ipsa appellatione amantium pruriginosa exprimeretur consuetudo. (*k*) Nec destruxit illud templum Menelaus, sed cum Troja eversa reverteretur, statuas Thetidos & Praxidices, quo vindictæ Deam indigitant, ab

haud verisimile putat, tamdiu cupidini suæ frænum injecisse Paridem. Simile tamen quid habes *in* ORPHEI *Argonauticis circ. fin.* qui etiam fingit Medeam Jasoni primum in navi concubuisse, cum post multos errores oræ Pheacum proram admovisset, cui consentit APOLLOD. *p. 24. b.*

(*k*) Non desunt tamen qui circa locum primi concubitus in diversa abeant LYCOPHRON *in Cassandr. v. 110.* Draconis insulam nominat, quo nomine CANTERUS Salamina Atticæ urbem intelligit. Adde quod NATALIS COMES *p. 658. 659.* affert: Paridem in Ægypto, quo vento adverso delatus erat, primo Helenæ consuevisse: Imo ex quorundam sententia plane eam non raptam, sed semel saltem in agro Athenienſium Paridi cognitam. Quod ultimum tamen alii non Paridi, sed juveni cuidam sine nomine, in quem fortuito inciderit illa, adscribunt. *conf.* BAYLE *Dictionair. voc. Helene.*

utroque Veneris latere collocavit. (*l*) An ab invita & fere per vim hoc gaudium extorserit, utpotequam mariti relicti statim subierit pœnitentia, non decidemus. Illa tamen apertam fabulam sapiunt, quod hac occasione è lacrymis ejus, quæ reluctanti sortemque suam dolenti exciderunt, herba Helenium nata fuerit, (*m*) quæ non modo serpentes necat, sed & formæ favet & cutis nitorem conservat: imo vino pota Venerem non con-

(*l*) PAUSAN. *lib. 3. p. 19. lin. 6.* BAYLE *Nouvell de la Republiqu. des lettr. 1687. p. 659.*

(*m*) ALEXAND. CORNEL. *in reb. Phryg.* PLIN. *histor. natural. lib. 21. c. 10.* in quo tamen dissentiunt alii. Quidam à Polydamna herbam illi contra serpentes donatã esse dicunt, quam illa satã & in deliciis habitam Helenium appellaverit, cum scil. à Menelao post Trojam expugnatam oberrante Thonidi Ægyptiorum regi custodienda tradita fuisset. Qui cum amorem ejus conciperet nimium, uxor Polydamna Helenam in Pharo insula anguibus infesta exposuit. ÆLIAN. *de animalib. lib. 9. c. 21. conf.* MEURS. *de regn. Laconic. lib. 2. c. 7.* SEVERIN. *de vipera. P. 2. c. 9. disq. 10. Nouvell. de la Republiqu. des lettr. 1689. p. 323.* quidam subter arbore ex qua infelix ista se pependerat, natam esse dicunt. PHOTIUS *ex Ptolom. Hæpheſt. p. 479.*

conciliare tantum sed & excitare, hilaritatemque inducere creditur. (n)

§. XVIII. Non tulit tamen patienter Menelaus fuos sibi eripi amores, hinc concilio indicto universam Græciam in Trojanos excitavit: ipseque cum Ulysse Ilium primus adiit, ante vim verba experturus, unde Libanio declamationis argumentum natum est. (o) Frustraneam tamen impendit operam, solus redire domum coactus. (p) Hinc horrida tanti belli scena, inter cujus motus, non immunem desiderii quo in priorem maritum fere-

(n) Si HOMERO credimus fuit Helenæ pharmacum aliquod, quod vino infusum tantam potanti conciliaret lætitiam, ut: qui illud deglutiisset postquam crateri mixtum esset, non utique tota die profundere potuerit lacrymas à palpebris, neque si ei mortui fuerint paterque materque, neque si ei coram fratrem aut charum filium ferro trucidaret, ipse vero oculis videret. „ *Odyss. Δ. v. 222. vid.* PETITI *tractatum de Homeri Nepenthe, quem recens. Nouvell. de la Republ. des lettr. 1689. p. 318.*

(o) HOMERUS *Iliad. Γ. v. 205.* HERODOT. *lib. 2 p. 211.* LIBANIUS *in Orat. Menelai Helenam pro concione reposcentis.*

(p) HOMER. *Iliad. H. v. 350. & Λ. v. 139.* DICTYS. *p. 116.*

ferebatur fuisse Helenam, testis est Homerus. (q) Studuisse eam rebus Trojanis, dum Paris in vivis erat, at eo interempto invisa ei fuisse ad Trojam omnia, ingentemque ad suos redeundi amorem, refert Dictys. (r) Occubuit enim Paris ante expugnatam urbem, (s) sive Pyrrhi manu, sive Phi-

(q) *Iliad.* Γ *v. 139.* ubi eam spectatricem certaminis inter Menelaum & Paridem initi exhibet, quod tamen, scena nescio quam bene mutata, in secretioribus Helenæ Paridisve amplexibus finitur. Hinc SENEC. *Troad. p. 695.* eam incertam vot. certantes prospexisse maritos dicit. *conf.* HOMER. *Odyss.* Δ. *v. 260.* EURIPID. *Troad. p. 677.* DICTYS. *lib. 2. c. 39. 40.* DARES *c. 21.* Descripsit hoc Menelai Paridisve duellum KOCHANOWSKI versibus polonicis *inter Poëmata ejus. p. 45.*

(r) DICTYS. *lib. 5. c. 4.*

(s) *Conf.* DACIERIA *ad Dictyn. lib. 4. c. 19. n. 93. & les avantures de Telemaqu. p. 733. edit. Hagens. 1700. 12.* mortem ejus magno satis apparatu ita narrant: Philoctetes Alexandrum insecutus, sinistram ei manum sagitta transfigit; reclamanti per dolorem dextrum oculum perforat: ac jam fugientem tertio consecutus vulnere per utrumque pedem trajicit, fatigatumque ad extremum interficit DICTYS. *lib 4. c. 19.* Eadem habet CEDRENUS *p. 107.* nisi quod

Philoctetis, sive Ajacis, sive ipsius Menelai; cum ipse prius ex insidiis Achillem occidisset, quo ipso cæde melioris & longe fortioris decus sibi periisse audit Gronovio. (*t*) Poterat itaque reddi Helena, causaque ulterioribus dissidiis præscindi, at novus exstiterat formæ ejus admirator, quo impediente satisfieri Græcis Menelaoque non potuit. Deiphobus scilicet, in fraterna Paridis succedens jura, viduo se ingessit thoro, uxoremque eam sibi præcipitato junxit Hymenæo; (*u*) invitam tamen, & quæ sæpius subducere se conaretur. (*x*) Sunt qui & alios tum fuisse, qui eandem

---

quod non obiisse eum statim ex vulnere lethali, sed vivum adhuc in urbem esse relatum memoret.

(*t*) *Antiquit. Græcar. Tom. I lit. Oooo.* OVIDIUS Achillem in acie à Paride sagitta occisum, nullo tamen antiquitatis testimonio asserit *Metamorph. 12. fab. ult.* Secundum HYGINUM, Paris non occidit Achillem, sed Apollo qui se Paridem simulavit. Causam autem iræ in Achillem hanc habuit Phœbus, quod Troilum, qui in ejus templum confugerat, nequicquam veneratione loci territus, juxta aram Achilles occiderit. *conf.* DACIER. *ad Dictyn. lib. 4. c. 9. n. 49.*

(*u*) DICTYS *lib. 4. c. 22.* LYCOPHRON *in Cassandr.*

(*x*) EURIPID. *Troad. p. 676.* DACIER. *ad Daret. c. 35. n. 1.*

dem ambierint sortem narrent, at Deiphobum reliquos omnes certamine vicisse, ex quo tanta Heleno indignatio mota sit, ut relicta patria in Idam montem secesserit, unde Calchantis suasu in Græcorum adductus castra, ad expugnandam Trojam, non leve prodito Palladio momentum attulit. (y) At ignorant hæc alii auctores, & vi fatidica præsensisse rerum futurarum eventum, indeque se illis subtraxisse Helenum affirmant. Funestæ tamen fuere hæ tædæ Deiphobo, capta enim urbe Menelaus assumpto Ulysse in domum ejus irruens, somno indulgentem, & nihil tristium fatorum extimescentem, mutilato truncatove per sævitiam corpore, summo cruciatu necavit. (z)

§. XIX. Passus sane fuerat Menelaus equo se illi

(y) *Conf.* CONON. *narrat. 34.* COINT. SMYRNÆUS *in derelict. lib. 10. v. 312.* DACIER. *ad Dictyn. lib. 4. c. 18. n. 88. Explicat. historiqu. des fabl. Tom. II. p. 191.*

(z) HOMER. *Odyss.* Θ. *v. 481.* VIRGIL. *Æneid. lib. 6. v. 495.* AUSON. *Epitaph. Heroum Trojan. 13.* DICTYS. *lib. 5. c. 12.* cujus verba "dabimus: Exsectis primo auribus, brachiisque "ablatis, dein naribus, ad postremum truncatum omni exparte fœdatumque, summo cruciatu necat. Cœterum descriptionem figuræ Deiphobi *ex* ISAAC. PORPHYROGENET. invenies in RUTGERSII *var. lectionib. p. 521.*

illi ligneo (*a*) includi, inter primos uxoris & vindictæ cupidus, quæ ipsi etiam, reliquisque in ea mole latentibus Græcis, insidias non sine ingenio struxit, dum voce in alienum sonum flexa, principum inter Danaos uxores imitatur. Quo dolo, suo se ipsos illi indicio prodidissent, nisi solita Ulysses prudentia caviſſet. (*b*) Equidem, cum illam tot malorum causam fuisse asserant, operæ pretium est videre, quænam ejus urbe expugnata fata fuerint, & quomodo cum Menelao redierit in gratiam. Forsan hinc pulchræ nomen merebitur, quod ex tanto naufragio salvam se eripuerit;

(*a*) *vid.* TRYPHIODOR. *p. 173.* Figuram securis, quam Epeus equi fabricator Minervæ dedicaverat, versu figurato expressit SIMIAS *Rhodius, adjectus Theocrito. p. 417.* Alii hunc equum putant fuisse machinam bellicam ad muros dejiciendos paratam. PAUSAN. *lib. 1. p. 39* alii portam qua occupata Græci in civitatem se effudere, equi imagine & nomine insignitam fuisse volunt. NEAND. *ad Tryphiodor. p. 219.* alii equestri prælio vires Trojanorum ita acciſas, ut defendere urbem ulterius non possent. *conf* DACIERIA *ad Dictyn. lib. 5. c. 9. n. 50. it Explicat. historiqu. des fabl. Tom. II. p. 179.* & quæso quis hic non locus est conjecturis?

(*b*) HOMER. *Odyss. Δ. v. 284.* EUSTATH. *ad Iliad. p. 1496. lin. 25.* TRYPHIODOR. *p. 195.* OVID. *in Ibin. v. 601.*

puerit; ex Menandri enim sententia omnis ea pulchra est, quæ mentem habet sapientem. Ita sentit Baylius, (c) qui astutiæ ejus adscribit, quod eadem nocte suis reconciliata sit, utpote quibus facem accensam signi loco non tantum in edita turri exseruerit, sed necaturo Deiphobum Menelao eandem prætulerit. (d) Nihilominus tamen

(c) *Nouvell. de la Republiqu. des lettr. 1687. p. 67.* Certe Græcis omnibus invisam fuisse asserunt, unde graves in eam Achillis minæ apud DICTYN. *lib. 3. c. 23. & 25.* cujus in fœminas sævitiam indigitare PHILOSTRATUS voluit, dum umbram ejus, aliquam ex sanguine Priami puellam discerpsisse fingit. *Heroic. c. 19.* Nec ipsos Græcos ubi ira exarserunt miseratione sexus admodum motos fuisse, exemplo Penthasileæ videas, quam semi mortuam pedibus attractam in fluvium Scamandrum præcipitarunt. DICTYS *lib. 4. c. 3. conf* PHILOSTRAT. *Heroic. c. 2. n. 18.* DICTYS itidem Ajacem omni modo expoposciisse Helenæ suplicium, at Ulyssem Græcis damnare volentibus in Menelai gratiam intercessisse, autor est. *lib. 5. c. 14.*

(d) *Conf.* VIRGILIUS *Æneid. lib. 6. v. 519.* ubi etiam arma subtraxisse dormienti Deiphobo dicitur *v. 124. conf.* TRYPHIOD. *p. 193. 197.* HYGIN. *fab. 248.* Ridiculus est STUCKIUS qui Helenam loco facis serpentem præ se tulisse putat. *antiquit. convival. lib. 1. c. 33.*

tamen plerique asserunt, Menelaum stricto gladio in eam irruisse, (e) utpote cui non minores odii in eam causa erant ac Æneæ, cujus vix propitia Venere rabiem evaserat (f) Sive vero hunc prioris mariti impetum, ipsa illius animi inclinatio, sive loci religiosioris, in quem illa confugerat, reverentia repressérit, (g) in divisione certe prædæ, hanc sibi primus omnium, & sine sorte

(e) PAUSAN *lib. 5. p. 297.* cum quo convenit figura apud BEGERUM *in Excid. Trojan. p. 57. fig. 59*

(f) VIRGIL. *Æneid. lib 2 v. 563.*

(g) COINTUS SMYRNÆUS *de Ilii Excid. lib. 2. p. 83.* Venerem irruenti excussisse gladium, poëtica libertate tradit, quem etiam confer. *de reditu Græcor. p. 101. & 107.* ubi primum in navi eam Menelao rursus consueviſse fingit, & inprimis *derelictor. lib. 14 v. 59. 154. 173.* ubi late narrat: Menelao præeunte accessisse Helenam ad castra, nigris oculis, ore pudibundo, nemine eam maledictis incessente, sed Deæ instar cum voluptate contemplantibus omnibus. Tandem cum Menelao in tentorio sola cum esset, injecisse Venerem animo Helenæ pristini thori memoriam. Unde illa postquam raptam violenter se esse in excusationem sui attulerat, ubi aures præbere sibi sensit, blanditiis in Menelaum haud invitum irruens, eum ad concubitum invitavit, idque prima statim nocte.

ptæcipuam sumpsit. (h) Si Euripidi credere licet, ipsa abreptam coma Menelaus in navem deportari jussit, læsæ pœnas pudicitiæ in patria terra persoluturam, ut scilicet, quas exemplo suo ad peccandum procliviores fecisset mulieres, supplicio in conspectu earundem sumpto, a profanando pudore deterreret. (i) Quamvis alio in loco idem Euripides asserat, eum postquam ubera in vulnus nudata aspexerit, abjecto gladio in amplexus & oscula ruisse. (k) Illud certum est, reconciliatum ipsi esse Menelaum, sive statim, sive intra istud octennium quo mari inerravit, antequam domum rursus appelleret, prima quam tetigit insula nomine uxoris insignita. (l) Qua occasione non omittendus est Rex Ægyptius Thonis, utpotequi & sibi locum inter amatores Helenæ postulat. *conf. h. §. 17. lit. m & §. 23. lit. z.*

§. XX. Ita, qui communem Homeri eorumque qui illum sequuntur, tenent sententiam. At sunt, qui in alia omnia abeant. Inprimis Rhotius (m) peculiari Numinis providentia posteri-

(h) EURIPID. *Troad. p. 672* DICTYS *lib. 5. c. 13.* SENEC. *Troad. v. 914.*

(i) EURIPID. *Troad. p. 673. Helen. p. 818.*

(k) EURIPID. *Andromach. p. 400.*

(l) HOMER. *Odyss. Δ. v. 52.* EURIPID. *Helen. p. 843.* HYGIN. *p. 118.* PAUSAN. *lib. 1. p. 62.*

(m) *Diss. de Bello Trojan. in præfat.*

steritati relictam profitetur Dionis Chrysostomi Orationem undecimam, qua illud sibi pensum sumpsit, ut Ilium haud expugnatum esse, contra Homerum asserat. At ea tanti mihi non videntur, ut venerabundus iis assurgam. Dio enim hac Oratione ad Ilienses habita, populo ad quem loquebatur adulaturus, fabulis pugnavit contra fabulas, secutus ubique Homerum, non qui vestigiis ejus insistere vellet, sed cui potius in animo esset eadem delere. (*n*) Circa amatores tamen Helenæ, cum iis quæ antea allata sunt convenit, quod ad nomina attinet; quamvis rerum

(*n*) Inspicientibus utrumque, hoc propalam apparebit. Apud Homerum Helena Menelao nubit, apud Dionem jungitur Paridi. Illic Paris injuste rapit, hic Menelaus Paridi injuste eripere conatur. Illic Achilles Hectorem, hic Hector Achillem vincit. Illic Troja expugnatur, hic salvi & incolumes Priamus, filii, ipsa Troja. Illic equo ligneo inclusi Græci urbem capiunt, hic urbis non captæ monumentum equum lignenm relinquunt. Hinc ipse DIO causæ suæ diffidit, ea se non scripturum fuisse affirmans, si sciret creditum iri *p. 95.* adde quod *Orat. 53. & 55.* totus in laudibus Homeri sit. Bene CELLARIUS *in histor. antiqu. p. 23.* Quoquo modo „ res gesta fuerit, non temere vulgaris opinio „ rejicienda est, nisi plerosque Latinos ac Græcos „ scriptores, qui illa nituntur velimus rejici. „

gestarum aliam prorsus seriem texat. Non negat a Theseo raptam, nec diffitetur ingenti rivalium numero expetitam esse, ex quibus tamen non nisi Menelaum, Diomedem, Antilochum, & Achillem, ipsumve Paridem nominat, quem illa ex parentum consilio reliquis prætulerit. Cumque subsequenti tempore reposceretur a Græcis, vel quod non sine sua ignominia, tantam pulchritudinem nupsisse barbaro; vel quod jure connubii translatum iri in Paridem imperium Spartæ crederent: (o) occisus quidem inter Martis furores Paris fuit, at Helena Trojanis omnibus id exposcentibus, Deiphobo thalami data est socia. Menelaus tentata nequicquam fortuna in Ægyptum abiit, ducta illic regis filia, repulsæ quam tulerat acerbitatem concocturus. Auctores hujus sententiæ Dio laudat sacerdotes Ægyptios, quibus hæc edocentibus cognoverit. (p) At vereor, ne tum obtineat Herodotus, Historicorum antiquissimus: is enim itidem ad eos provocat, seque sua ex eorum hausisse relatione asserit, quamvis ab Homero ac Dione æque recedat. (q) Plane enim negat Helenam Trojæ unquam adfuisse, sed una cum Paride delatam in Ægyptum, servis prodentibus regi Proteo exhibitam, cujus jussu dimissus quidem Paris, cum voluptatem

(o) DIO CHRYSOST. *p. 83.*
(p) DIO CHRYSOST. *p. 79.*
(q) HERODOT. *lib. 2, p. 206.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1759317691/phys_0206
DFG

tem extremo tantum digito gustasset; (r) Helena tamen una cum divitiis retenta, quæ Menelao, ubi post Trojam excisam illic appulit redderetur. Ille enim, cum reliquis Græcis fidem habere noluerat Trojanis, asserentibus Helenam ibi non adesse, unde Ilium funesto Marte oppugnatum est. (s) Consentit Philostratus, qui haud ignaros fuisse Græcos affirmat, Helenam in Ilio vano conatu peti, quæ ad Nili ostio degebat: At arripuisse eos haud illibentes belli prætextum, dum gloriæ cupidinem, ingentesque Trojanorum opes avido animo sectantur. (t) Nihil uterque de amatoribus quod singulare sit afferunt; contenti se veram historiæ seriem propalasse. At Euripides omnem fabulæ scenam, quam aliis in locis adornare visus fuerat, invertit. Fingit enim Junonem Paridi, quo minus Helena potiretur, obstitisse. Hinc objectam illi fuisse nubem (u)

(r) CONSTANT. MANASS. *p. 25.*

(s) Ita & suo tempore à quibusdam creditum asserit AUSONIUS *præf. ad Perioch. Iliad. conf.* NATAL. COMES. *p. 659.*

(t) PHILOSTRAT. *Heroic. c. 2. n. 20. it. c. 20. & in vit. Apollonii lib. 4. c. 6.*

(u) EURIPIDES *in Dramate cui titulum fecit Helene.* LYCOPHRON *p. 11. & 155.* hanc nubem Helenæ icona fuisse putat, quæ Paridi à Proteo rege Ægypti concessa sit. *conf.* BAYLE *Dictionair. voc. Helene. lit. L.*

quam secum deportarit, cum interim Mercurius veram Helenam in Ægyptum vi divina deduxisset: Ubi cum Troja eversa apulisset Menelaus, phantasma illud, quod hactenus sub Helenæ specie omnibus illuserat, repente evanuit, suamque ille uxorem castissimam recepit. Neque tamen illic amatore destitutam nobis exhibet; sed potius a Protei successore Theoclymeno Rege maximo ardore expetitam tradit, cujus potestati vix ac ne vix quidem dolo se subtraxerit, dum inferias submerso fluctibus marito dare se simulat. Sunt, qui Archelaum regem, cui gratissimus Euripides fuit, retulisse Genus ad Menelaum dicant, unde forte adulationis causam petas, qua maculam illi familiæ ab Helena impressam tollere voluit: nisi magis placet dicere, Euripidem cum & ipse aliquando in Ægypto fuerit, eam quam Herodotus attulit historiæ seriem rescivisse, fidemque illi habuisse, ne tamen Homerus fabulas scripsisse insimularetur, duplicem eo modo Helenam, quarum vera in Ægypto, adulterina cum Paride in Ilio fuerit effinxisse.

§. XXI. Postquam Helenæ describendo & procos & maritos sensim eo perducti sumus, ut vitam fere ejus universam enarraverimus, forte non præter rem erit quædam de morte ejus addere. Ea vero uti plerumque referri solet, Rhodiorum traditione nititur, fatisque funesta est. Mortuo enim Menelao a Nicostrato & Megapenthe filiis domo ejecta Rhodum petiisse dicitur, ut illic

illic Polyxo, cui cognata erat, consortio suo malis exulis remedium afferret. At hæc, cum mariti Tlepolemi ad Trojam quondam occisi memoriam Helenæ aspectus reduceret, vindicandam ejus cædem in supplice statuit. Lavanti itaque furiarum habitu ancillas suplicii ministras immisit, quæ comprehensam suspensamque ex arbore, laqueo vitam finire coëgerunt. (x) Ita par eandem cum matre Leda vitæ mansit exitus: nam & hæc indignitate raptus in filiam commissi mota, spontanea morte fauces sibi præclusisse dicitur. (y) Neque Helena quæ quondam sicarios lapides sibi intentantes, oris venustate ita conterruerat, ut protinus elabi remissis manibus saxa paterentur, (z) ullum jam in facie contra mortis pericula

(x) PAUSAN. *lib. 3. p. 186.* NATAL. COM. *p. 659.* BAYLE *Nouvel. de la Republiqu. des lettr. 1687. p. 66.* LOGENSTEIN *Arminio Tom. II p. 871. a.* Jam antea cum Menelaus ex Ægypto reversus Rhodum appelleret, Polyxo impetum in naves fecit, odio Helenæ; at delusa est, dum Menelaus Helenam occultat, famulam autem ornamentis ejus condecorat, in quam persequentium versa rabies. Ita POLYÆNUS *in Stratagem. tit. Menelaus. p. 10.*

(y) EURIPIDES *in Helen. p. 824. 840.*

(z) STESICH. *in fragm. p. 79.* Simile exemplum in Suavilda regina exhibet SAXO GRAM-

præsidium invenit: nisi ea ipsa ex causa mulieres servas ei immissas credideris, ut quæ sui sexus amore vix capi possent, nec caperentur alienæ fortunæ misericordia. Verius tamen videtur effluxisse cum annis gratiam, tristesque solummodo pristinæ formæ reliquias restitisse. (*a*) Non tamen hæc sola reperimus annotata. Præterquam enim, quod quidam illatam ei ab irata Thetide mortem, alii ab Iphigenia in Tauris immolatam referant, (*b*) Lacedæmoniis auctoribus placido in terra Laconica fato obiit, eodem loco quo Mene-

---

GRAMMATIC. *lib. 8. Danic. Histor.* & in Olympiade JUSTIN. *lib 14. c. 6. ubi vide* BERNEGGER. *in not.* qui plura talia exempla congessit. conf. PICCART. *observ. decad. 6. n. 1.*

(*a*) Helena male tulit ætatem. SENEC. *epist. 88* cui consentit OVIDIUS *Metam. lib. 15. fab 3. vid.* CATS *Houwelyck. p. 184. & Doodkiste. p. 33. edit. Oper 1665. 4to.* qui inde carminis sibi argumentum sumpsit. Simile est quod de decrepita quadam muliere, nomine Acco referunt, *vid.* COEL. RHODIGIN. *lib. 17. c. 2.* de Laidis speculo notum est AUSONII *epigr. 54.*

(*b*) Ibi enim Iphigenia sacerdotio functa dicitur. DIOD. SICUL. *lib. 4. c. 45. conf.* BAYLE *Dictionair. voc. Helene.*

nelaus sepultus erat condita. (c) Hactenus aliquatenus intra terminos humanæ sortis; sequuntur jam, quæ fidem excedant. Euripides insidias ei ab Oreste structas & tantum non vitam ereptam fabulatur, cui tamen periculo illa a Phœbo subrepta, in terris manere desierit immortalitate donata. Consentit Isocrates, qui eam compotem suæ fortunæ Menelaum reddidisse, ut ejus in omne ævum societate gauderet, affirmat. Lucianus ipsam pulchritudine in Deam se convertisse dicit, quibus aliquo modo adstipulari Homerus videtur, dum asserit non morituram esse Menelaum, addita causa, quod haberet Helenam. (d) Neque tamen hic fingendi libido substitit: restat quod de Helenæ amoribus post mortem dicamus. Tantum enim abest ut placidam ejus fruitionem Menelao relinquant, ut Achillis etiam umbræ post fata eam nupsisse, non unus auctor scriptum reliquerit. Hæc saltem deerat fabulis catastrophe, ut pulcherrimæ pulcherrimus jungeretur. Eadem enim formæ excellentia, quam Achilli in-

(c) PAUSAN. *lib. 3. p. 186.* Fallitur BRIETIUS *paralell. Geograph. Tom. 2.* de Thracica Chersoneso referens, esse illic tumulum Helenæ in canem conversæ, voluit enim dicere Hecubæ.

(d) Loca habes *apud* EURIPID. *in Oreſt. p. 93.* ISOCRAT. *laudat. Helen. p. 430.* LUCIAN. *in Charidem. p. 335. a.* HOMER. *Odyss. Δ. v. 563. 569.*

ter Licomedis filias occultato, donec virilis vigor sexum proderet, fuisse ferunt, per integrum vitæ spatium eum honestavit. (e) Incassum igitur misera Polyxena, in ipso Achillis tumulo, æternum oborta oculis caligine in sponsam trucidata, manibus tanti herois nupta est: incassum, nam & hæc traduntur, seipsam interemit, obtestato Thetidis filio, ut inviolatam fidei mutua sibi consociatam morte habere dignaretur: (f) manebat ista

(e) Testis HOMERUS *Iliad.* Σ. *v.* 24 Φ. *v.* 108, B. *v.* 670. & PHILOSTRAT. *vit. Apollonii. lib.* 4. *c.* 15. & *lib.* 3. *c.* 20. *item in Heroicis c.* 2. *n.* 12. *c.* 3. *n.* 2. & *c.* 19. *n.* 5. ubi forma ejus pleniſſime deſcribitur. Quam etiam dabunt DARES. *c.* 13. ISAAC. PORPHYROG. *apud Rutgerſ. in var. lectionib. p.* 517. & ISCAN. *p.* 532. Icona ejus habet GRONOV. *in theſaur. antiquit græcar. P.* 1. *lit. Tett.* & SANDRART. Mahler-Academ. II. Hauptheil 3. Theil. Blatt. *E. conf.* BEGER. *Excid. Trojan p.* 22.

(f) PHILOSTRAT. *Heroic. c.* 19. *n.* 11. *conf.* BEGER. *Excid. Trojan fig* 65. Unde auctor, qui *vitam Wagneri*, quem Fausti famulum dicit, deſcribere voluit, *p.* 139. fabulatur: apparuiſſe Wagnero phantaſmate magico Achillem, quem puella comitabatur ſtricto inſignis enſe, Polyxena ſcilicet, haud invita trucidata. Addit rationem quam merito rideas: quod diabolus ſit matrimonio

ista Helenam fortuna, quam si Euripidi credis inter procos quondam ambierat Achilles, si Philostrato fidem adjicis, nunquam sibi visam, & in Ægypto absentem arsit, postquam somniando speciem concumbentis ipsi oblata erat: (g) Unde in eandem secum immortalitatem adscriptam, perpetuo sibi junxit consortio. Neve omnia sua Philostratum finxisse putes, consentit vulgata à Crotoniatis fama, quam Pausanias refert. (h)

§. XXII. Nec infœcundi fuere amores Helenæ. Præter Iphigeniam enim, quam ei & Theseo

nio infensissimus, & ita Polyxenam è medio tollere voluerit, ne maritalem aliquando torum ingrederetur. *conf.* PFIZER **im Leben** *Fausti. p. 416.*

(g) *Conf.* EURIPID. *in Helen. p. 817.* PHILOSTRATUM *vero in Heroic. c. 19. n. 16. cui adde* LYCOPHRON. *Cassandr. p. 13. &* NIPHUM *de pulchro. c. 61.*

(h) PAUSAN. *lib. 3. p. 186.* Dicitur autem par istud consuescentium sibi umbrarum, insulam Leucen inhabitare. Unde licet interdiu ad eam appellere liceat, noctu nihilominus removendæ à littore naves, ne discurrentium & festa agitantium turbentur gaudia. *vid* HESIOD. *Oper. & Dies. p. 13.* EURIPID. *Andromach. p. 424* LYCOPHRON *Cassandr. p. 159.* PHILOSTRAT. *Heroic. c. 19. n. 14. & n. 17. & Dn.* OLEARIUS *in not.*

seo filiam quidam adscribunt, adest quam Menelao peperit Hermione filia, quæ cum primum Neoptolemo sive Pyrrho invita nupsisset, pactas tandem nuptias sibi vindicanti Oresti cessit. (*i*) Non tamen in solas filias Lucinam advocavit, unde immerito Lycophron eam mulierperam dicit. (*k*) Si enim traditiones habent cui fidas, Nicostratum, Æthiolam, Diæthum & Morhaphionem Menelaus ex ea suscepit, (*l*) quorum priores duo Lacedæmoniorum vana religione divinos honores consecuti, ultimus Morhaphiorum generis apud Persas auctor dictus est. Quamvis alii matrem Nicostrati Pieriden servam Ætolam, Megapenthis Teridaen tradant, patre tamen Menelao, qui præter hos ex Nympha quadam Cnossia

(*i*) EURIPID. *in Oreſt. item in Andromach. p. 413.* DICTYS *lib. 6. c. 4.* OVID. *Heroid. ep. 8.* Alii invertunt scenam. Hyginus enim scribit: Hermionem Neoptolemo fuisse desponsatam, statim vero post captam Trojam Oresti in matrimonium datam; à quo rursus abduxerit Menelaus, tradideritque Neoptolemo. *conf.* DACIER. *ad Dictyn. lib. 6. c. 4. n. 35. Explic. historiqu. des fabl. Tom. II. p. 209 216.*

(*k*) LYCOPHRON *Cassandr. p. 59.*

(*l*) MEURS. *de regn. Laconic. c. 5.* Tres tantum memorat: Nicostratum, Ephiolan & Menelaum *ex Tzetze* NATAL. COMES. *p. 659.* & DACIER. *ad Dictyn. lib. 5. c. 5. n. 22.*

sia Xenodamum genuerit. (m) Paridis ex Helena filios tres nominat Dyctis: Bunomum, Corythæum, & Idæum. (n) quatuor Tzetzes: Bounicum, Corythum, Agaum & Idæum. (o) Quos tamen omnes, corruentis tabulati impetus, tristi ruina, durante adhuc dum bello Trojano oppressit. (p) Qui reiterati toties partus labores, cum destruere formam putentur, an pulchritudini Helenes quid contulerint, lectoris esto judicare.

§. XXIII. Adorata tamen est divinisque culta honoribus, id enim non uno auctore adstruitur. Templi istius, quod in Therapnis una illi cum Menelao consecratum erat, plurimi meminere. (q) Nec ut Heroidæ hunc illi honorem habitum, sed ut Deæ diserto Isocrates asserit. (r) Quin non Græ-

(m) APOLLODOR. *lib. 3. p. 70. b.*

(n) DICTYS *lib. 5. c. 5.* CEDREN. *p. 107.*

(o) DACIER. *ad Dictyn. lib. 5. c. 5. n. 22.*

(p) DICTYS. *lib. 5. c. 5.* NEAND. *præf. ad Tryphiod. p. 131.*

(q) HERODOT. *lib. 13.* PAUSAN. *lib. 3. p. 186.* ISOCRAT. *in laudat. Helen. p. 431.* Errorem literarium circa hoc templum *vid. in* RUTGERSII *var. lectionib. lib. 2. c. 15.*

(r) ISOCRAT. *laudat. Helen. p. 431.* De distinctione autem inter cultum Heroinæ & Deæ *vid.* SALMAS. *ad Inscript. Regillæ. p. 118.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1759317691/phys_0215
DFG

Græci tantum sed etiam Romani eam coluere. (s) Imo illius ipsius Ilii, quod Helenæ causa eversum incolæ, non tantum suos liberos Homeri carmina ediscere cogebant, sed Helenam etiam adorarunt. (t) An hoc forsan pulchritudinis argumentum? neque enim alia virtute cœlum videtur sibi asseruisse Helena; nec hoc a magni Philosophi (u) mente alienum est, qui eis, quorum pulchritudo ad Deorum imagines accedebat, parem cultum deberi

(s) DIONYS. HALYCARNASS. *p. 714.*

(t) DIO CHRYSOSTOM. *p 75.* VOSS. *de Idololatr. lib. 1. c 21.* qui & aliam quandam Helenam, quæ Veneri dum Adonidi se impertiebatur ministra fuerat, ab Epidauriis cultam asserit. *c. 59.*

(u) Aristotelis scil. *vid* MONTAIGNE *Essais livr. 3. c. 12. p. 970. edit. 1616 8vo.* quod non mirum videbitur eis, qui ejus in Phitiadam juvenculam mores norunt. *vid. Act Erudit. 1686. p. 383. conf.* DN. THOMAS. in Monars. Gespräch. *1688. p. 383.* Qui tamen consulto Satyricum potius agit quam historicum, fine non improbando: ut ei, qui sine præsidio elegantiorum litterarum Philosophiam involant, ad studia historica, quæ ipsi minime norunt deducantur. Id laudo in Aristotele, quod rogatus: cur pulchras amemus? arguto respondent; hanc cœci esse quæstionem. MONTAIGNE *loc. cit.* NIPHUS *de pulchr præf.*

deberi asseruit. Non repugnabimus, vana enim Ethnicorum fuit superititio. Adsunt tamen & aliæ causæ, quarum primariam indigitat Isocrates: Helenæ adscribendum est, quod barbaris non serviamus, ea enim ansam dedit ut Europa de Asia triumpharet. Post illud bellum in immensum nostræ opes auctæ sunt. Et Euripides: Helena plurimum profuit Græciæ, nam cum essent imperiti armorum & pugnæ, profecerunt ad fortitudinem. (x) Ne tamen frustra Deam fecissent, addita sunt etiam miracula, quorum quædam ad nostram memoriam pervenerunt. Ut enim perpetuam juventam, Helenium ex Lachrymis natam, miraculosumque istud Nepenthe taceamus: (y) cerastas etiam, & hæmorrhoides spinis confractis ad ambiguum gradum reduxisse referunt, ut ita minus jam eorum celeritas hominibus metuenda sit. (z) Hæc viva fecit, jam tangamus alia post mortem. Erat Spartæ puella maxime deformis, quam cum nutrix quotidie ad Helenæ templum portaret, tandem aliquando exeunti è templo mulier obviam facta est, quæ caput

(x) Citata invenies apud ISOCRATEM *laudat. Helen. p. 432. &* EURIPID. *in Andromach. p. 402. conf. supr. §. 11.*

(y) *Conf supr. §. 16. lit. r. & §. 17. lit. m. n.*

(z) Omnem seriem enarrat NICANDER *de Theriaca, v. 309. sequ. p. 647. b.* Et ex eo ÆLIANUS *de animalib. lib. 15. c. 13.*

caput infantis demulcens, pulcherrimam eam inter Laconas futuram prædixit: eventu adeo felici, ut cum Agetus eandem duxisset, ipse rex Ariston dignam eam putaverit, quam inducto ad id per fraudem marito, uxorem sibi sumeret (*a*) Sequitur alterum quod propius tangit litteras. Stesichorus Poëta Homeri æmulus, dum obsidii Trojani historiam persequitur, haud parcus invectivarum in Helenam fuit. Prompta adest vindicta. Orbatur oculis, æternis tenebris maledicentiæ pœnas soluturus. (*b*) Neve mali causam igno-

(*a*) HERODOT. *lib. 6. p. 555.* PAUSAN. *lib. 3. p. 160.* LOHENSTEIN *Armin. Tom. II. p. 89.* *Dn.* SARTORIUS *de hypocrisi gentil. c. 5. §. 14.* Negat MEURSIUS *de regn. Laconic. lib. 4. c. 16.* mirum illud esse, cum & Livia Drusi uxor, formæ initio ætatis indecoræ, mox pulchritudine præcelluerit. TACIT. *Annal. lib. 4. c. 3.* Addendum fuisset nec hodie infrequentia ea esse miracula, ut puella vultus pallidi & subobscuri, ubi Veneri initiata est, efflorescat gratoque rubore imbuat formam.

(*b*) Nota tamen, quod nimio plus indulsisse amori mulierum dicatur; cui intemperantiæ si lucubrationum frequentia accedat, en paratam oculis pestem etiamsi Helena faverit. vid. *vita* STESICHORI, *in fragment. p. 72.* Simile quid vid apud JOSEPHUM *Antiquit. Judaicar. lib. 12. c. 2. p. 217. circ. fin. conf.* Gelehrt *Critic. Tom. I. qu. 76. p. 849.*

ignoraret, ipsius Helenæ jussu Leonymus, qui ad Insulam Leucen appulerat, iram Deæ & iræ irritamenta denunciat. Jam calamitate sapere doctus palinodiam ille scribit, contrario prioribus carmine in laudes nostræ effusus. Rediit oculorum vigor, gravique documento apparuit, non ex re esse Helenam habuisse iratam. (c)

§. XXIV. Satis apparet ex iis quæ hactenus allata sunt, omnia si consideres vix quicquam deprehendi, quod historica necessitate formam Helenæ indubitato adstruat. Multa sane per se fabulam sapiunt, reliqua aut dubia sunt, aut talia quæ sine insignioris adjumento speciei in fœmineam

(c) PLATO *in Phædr. p. 1219.* PAUSAN. *lib. 3. p. 186.* ISOCRAT. *laudat. Helen. p. 431.* DIO CHRYSOSTOMUS. *p. 79.* HORAT. *Epod. 17. v. 42.* OVID. *de art. amand. lib. 3. p. 132.* SUIDAS *in Lexic. voce: Stesichorus* SCALIG. *Poëtic. lib. 1. c. 54.* Conf. de Stesichori paupertate, & errore circa eum Æliani, RUTGERS. *Variar. Lection. lib. 1. c. 7.* Cæterum ex hac de Stesichoro relatione natum esse puto, quod RHODIGIN. *lect. antiqu. lib. 15. c. 25.* referat: Homerum ipsum hanc suæ cæcitatis habuisse causam, quod in Helenam stylum distrinxerit: neque ei visum fuisse redditum, quia delicti quod imprudens commiserat, a nemine admonitus, in reatu permanserit *conf.* PASCH. *de Poëtar. rege Homero. §. 6. not. f.*

neam sortem cadere potuere. Expendendum igitur restat, quantum ponderis insit illi argumento, quod ex consensu auctorum, quotquot hanc historiæ partem aut tetigerunt obiter aut fusius prosecuti sunt, peti solet. Neque in hac causa metuendum videtur, ut Helena succumbat, cum notissima sint ea præconia, quibus omni tempore, omnium consensu, pulchra & dicta & habita fuit; fato tam propitio, ut inter vulgaris etiam linguæ proverbia, ipsi plebejorum multitudini hæc sententia sedeat. Qua in re omnes vincit, quibuscunque eandem formæ laudem, cum excellentia, antiquiores & proxima etiam secula tribuere. Et sane negari non potest inesse aliquam vim famæ ab universis traditæ, præsertim in rebus longo intervallo a memoria nostra remotis, quæ totæ stant aut cadunt historicorum testimoniis. Ne tamen parcere videamur calamo, & juste quid a nobis desiderari queat, paucis indagandum est, quo tibicine fama illa nitatur, & quonam auctore invaluerit.

§. XXV. Vereor autem ne cœci hic cœcum (*d*) sequamur, Homerum nempe Poëtarum antiquissimum, qui cum Hesiodo ad nos pervenerint.

(*d*) Dubitatur tamen an cœcus fuerit. *conf.* PASCHIUS *diss. de rege Poetarum Homero. §. 6.*

rint. (e) Si enim omnia excutiamus, primum eum inveniemus, cui Helenæ mentionem, bellique Trojani descriptionem debeamus. Licet enim sint, quæ referri queant nomina eorum, quos in eodem argumento ante Homerum versatos esse antiquorum tradunt testimonia, ut inde sua ex iis haurire potuisset, ii tamen omnes partim dubii sunt, partim temporum edacitati cessere, (f) adeo ut quid de forma Helenæ sense-

 rint,

(e) Controversum est uter utri sit antiquior. Jam dissenserunt priora Secula, pro Hesiodo allegatur locus SENECÆ *ep. 88.* pro Homero PAUSAN. *lib. 9. p. 535* Habet & hic & ille suos sectatores. Æquales fuisse, ex Arcturi ortu, quem Hesiodus describit, asserit PETAVIUS, & ad peritos artis illius provocat, *Rationar. tempor. P. 1 lib. 1. p. m. 54.*

(f) Belli Trojani scriptores ante Homerum enarrat *Observ. Hallens. Tom. III. obs 1. §. 3--7.* qui ipse tamen non abnuit, incerta hæc esse omnia. Et facile Suidas aliique, quorum testimonio talia stant, supposito quodam scripto falli, potuerunt, qualia multa circumlata esse dubitari nullo modo potest, cum & novioribus temporibus tali modo impositum sciamus. Certe VELLEJ. PATERCUL. *lib. 1. c. 5.* ante Homerum neminem fuisse dicit, quem ille imitaretur. Et PHILOSTRATUS *Heroic. exord. § 3.* ante Homerum

rint, nulla jam conjectura hariolari queas. Quicunque Homerum subsecuti sunt, sine dubio ex eo tanquam fonte hauserunt sua omnia, unde Galaton pictor Satyricæ tabulæ occasionem sibi datam esse censuit, qua evomentem Homerum, reliquos vero quicquid egestum erat avido haurientes ore repræsentavit. (*g*) Mirum igitur non est eos Helenæ formæ gloriam adstruxisse, ita ut ex sententia Theocriti, omnes Poëtæ Helenes amici sint. (*h*) Quamvis si verum fateri velimus, vixdum in Homero appareat aliquid, ex quo sententiæ huic patrocinium quæri possit. In iis enim quæ nobis supersunt ejus scriptis, tantum abest ut hanc juste historiam prosequatur, ut potius levi tantum opera, & per otium quæ-

---

merum nullam fuisse rapsodiam asserit, sed Poësin tantum hæsisse in oraculis, & in Hercule. Unde *Dn.* OLEARIUS *in not.* colligit: Philostrati ætate nullas exstitisse Historias ex quibus Homerus convinci potuisset.

(*g*) ÆLIAN. *Var. histor. lib. 13. c. 22.* Eos qui post Homerum de bello Trojano scripserunt, enarrat *Observ Hallens. Tom. III. obs. 2.* addatur CLERICI huc pertinens judicium *Biblioth. universell. 1689. p. 415.*

(*h*) Theocrit. Idyll. 22. in fin.

quædam tangat. (*i*) Equidem propter Helenam bellum hoc gestum esse asserit; (*k*) ejus pulchritudinem vero causam ei tribuisse, nullibi expressis assertum verbis invenies. Non adducemus hic in gratiam affirmantium, omnes locos quibus eam pulchram dicit, quorum plures esse non negamus, sed potissimos illos duos qui aliquid ponderis habere videntur. Primus est, ubi proceres Trojani Helenam conspicientes, ita loquuntur: Non indignum est Trojanos & fortes Achivos, talem propter mulierem multo tempore dolores pati, valde immortalibus Deabus similis

(*i*) Unde quidam putant Homerum utraque materia consummata, & Iliade & Odyssea, principium adjecisse operi suo, quo bellum Trojanum complexus est. *Appion apud* SENEC. *ep. 88.* qui ex primo versu illud probare voluit. Alii Homeri MSta differre dicunt librariorum negligentia, qui dum compendia sectantur, historias si paulo altius repetuntur, aut mutilant aut omittunt. COLOMES. *in operib p. 282. edit. Fabric.* Et omnino multi versus à veteribus proferuntur, quos in Homeri operibus hodienum non invenias. Cujus rei hanc quidam causam esse putant, quod nos editione Aristarchica utamur, qui multos in Homero versus obelo tanquam spurios notasse dicitur. PLUTARCH. *de Poëtis.* GIPHANIUS *præf. ad Homer. Iliad. p. 16.*

(*k*) *Odyss.* P. *v. 118.*

est. Alter ubi Agamemnon urbe expugnata permissurum se Achilli affirmat, ut viginti sibi ex præda mulieres Trojanas eligat, quæcunque post Helenam futuræ sint pulcherrimæ. (*l*)

§. XXVI. Equidem non parcus talium & in alias Poëta noster est. Ita Nausicaës ancillis pulchritudinem a Gratiis impertitam esse dicit & Penelopen non uno loco memorat pulchro fuisse corpore. Imo Pandari filias specie præ omnibus mulieribus excelluisse, & Pero ad miraculum usque eximiam, quin (quo ille nunquam elogio Helenam mactat,) Poeriboeam mulierum forma pulcherrimam, disertis verbis asserit. (*m*) Comparationem vero, formarum humanarum cum divinis adeo frequentem adhibuit Homerus, ut eadem & in Penelope, Castianira, Briseide, Cassandra, Nausicaë, Hermione, Menelao, Eurialo, Euripide, Eurimacho, Nausithoo obveniat: (*n*) adeo ut explendi versus gratia potius, quam ad veram laudem asserendam, adjectum videatur istud

(*l*) Prior locus est *Iliad.* Γ. *v* 155. ubi tamen adjiciunt: sed etsi talis sit, abeat in navibus; posterior locus reperitur *Iliad. I. v. 140.*

(*m*) Fidem probabunt lectori loca, quæ inveniet: *Odyss.* Z. *v. 18.* B. *v. 376.* T. *v. 261.* Υ. *v. 70.* Λ *v. 286.* H. *v. 57.*

(*n*) Loca habebis *Iliad.* Θ. *v. 305.* T. *v. 250. & 282* Ω. *v. 698.* B. *v. 561, Odyss.* H. *v. 290.* Φ. *v. 14.* Δ. *v. 628.* Z. *v. 7.*

istud Epitheton. Quod & de reliquis observes, ubi Tyndaridem pulchricomam, pulchrigenam, albis ulnis, pulchris oculis, &c. nominat. Nec Homerus etiamsi disertis verbis formæ præcellentiam ei tribuisset, omni exceptione major aliquibus videtur testis. Notum est quanto applausu in destruenda historiarum suspectarum fide illud argumentum usurpetur, quo non coævum esse rebus quas scripsit auctorem evincunt Facile enim, si longior annorum decursus intervenerit, fabulosis traditionibus, si non corrupta potuit esse veritas, potuit saltem inquinari. Jam vero constat inter eruditiores, Homerum eo vixisse tempore, (o) quo circumstantiæ quas jam dicimus

(o) Plutarchi tempore quidam putabant eum fuisse coævum, quidam sesquiseculo juniorem, plurimi centum annis à memoria harum rerum remotum. PLUTARCH. *in vit. Homeri.* Centum & sexaginta annis posteriorem facit PHILOSTRATUS *in Heroic. c. 18. n. 2. & 3.* cum quo sentit PETAVIUS *Rationar. Tom. I. lib. 1. p. 54.* DACIERIA putat certissimis argumentis evinci posse, floruisse Homerum 488. circiter annis post Trojam captam. *præf. ad* DARET. *n. 3.* Istud extra dubium est, vixisse eum satis longo intervallo post Ilii fata, cum ipse ubi de fortitudine eorum temporum loquitur asserat, unum tum temporis hominem valuisse lapidem movere, quem

rerum gestarum, multum potuere obscurari. Desudarunt in vera ejus ætate invenienda Petavius, Rualdus, Marshamus, Dodwellus &c. Nihil tamen omni opera sua invenire potuere, nisi quod antea notum erat, scilicet eandem esse incertam. (p)

§. XXVII.

quem suo tempore vix decem homines propellerent loco.

(p) Quod in veteri Chronologia, quo magis ad principia redeas eo magis dubia sint omnia, causa non est inter minimas, quod non statim per Olympiades, & ipsas Trojano bello multum juniores, numeratum sit. Primus Timæus sub Ptolomæo Philadelpho hunc computandi modum adhibuisse dicitur, & allaboraſſe, quo priora tempora, quæ per solos stadii victores notata erant, ad eandem rationem reduceret. Qui tamen ad vigesimam sextam Olympiadem subsistere debuit, in qua victor Corebus fuerat, cum ei quibus ante id tempus palma parta erat ignorarentur. Ad eundem modum anni Urbis Conditæ primum Varroni ita numerari cœpti sunt, cum antea per Consules annum insignirent, incertis omnibus, quod nec de anno quo primum Consules creati satis constet, nec stata deinde dies fuerit quo inirentur magistratus. Simili ex causa & in Epocha Christiana, quam Dionysio Exiguo sexto seculo post Christum natum adscribunt, errores Chronologi observant.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1759317691/phys_0226
DFG

§. XXVII. Fuerunt inde semper, qui de Homeri auctoritate dubitarent. Non jam Philosophos dicimus, quos indignæ de Diis Deabusque narrationes moverunt, (q) ut in proscriptionem consentirent Platonicam; (r) nec Poëtas, qui sive jure sive injuria, sub Zoilorum Aristarchorumque nominibus, adhucdum a posteris proscinduntur. Sunt qui historicam veritatem impetant, eique non adeo amicum fuisse Homerum, obfirmato animo asserant. (s) In ipso quod nos tractamus argumento, Lucianus falsa profatur, nihil id temporis eximium fuisse, neque Helenam adeo formosam, ac arbitrantur. Vidisse enim se eam ait Pythagoras Gallus, candida & procera cervice, ut hinc cygno prognatam assimilarent: cœterum vehementer anum æqualem propemodum Hecubæ. Philostratus vero, diserte Hieram Telephi uxorem, quæ ad Trojam adfuit, pulchriorem fuisse Helena,

(q) Varie hic eum excusare solent; at quod fieri in talibus solet infeliciter. Optime loquuntur die deutsche *Acta Eruditorum Tom. I. p. 980.*

(r) Quomodo sententia Platonis de Homero sit intelligenda *vid. Observ. Hallens. Tom. I. obs. 1. p. 15.* & BARBEYRAC *pref. ad Puffend. p. 39. prior. edit.*

(s) PHILOSTRAT. *in vit. Apollon. lib. 3 c. 20.*

quantum illa Trojanas antecelleret, affirmat. (*t*) Neque sine ratione dubitatum est. Cum enim jam Thucydides confessus sit, quicquid arma in Peleponeso gesta præcesserit, incertissimum omne esse in historia, ita ut bella cum Medis gesta, in fabularum fere referrentur numerum, quæ tamen a Thucydidis ætate non nisi seculi unius intervallo remota erant, quænam fides belli Trojani eventibus habenda est, cum illud Peloponesiaca dissidia octo fere seculis præcesserit. (*u*)

§. XXVIII. Hinc eo deducta est superstitio, cœcusque in hunc Poëtam religione jam subnixus favor, ut carmina ejus Apollini & Jovi adscripta fuerint. Ita enim optime responderi illis credebant, qui non potuisse talia novisse Homerum, magna veritatis specie asserebant. (*x*) Alii Homerum suæ equidem rapsodiæ auctorem esse, ast inspiratione agitatum, in ea rerum arcana penetrasse arbitrabantur. Cumq; communem illum Musarum afflatum, quem in initio operis invocat,

(*t*) Locum LUCIANI *habes in Gallo. p. 214.* PHILOSTRATI *in Heroic. c. 2. n. 18.*

(*u*) *Vid.* DACIER *traductione gallica vitarum Plutarchi, in notis ad vitam Thesei p. 52.*

(*x*) *Conf.* OLEAR. *ad Philostrat. Heroic. c. 18. n. 1 in not. n. 6.* Alii eum multa accepisse à Daphne dicunt, quæ fuit Sybilla vaticinans. DIODOR. SICUL. *lib. 4. c. 68.*

cat, (y) non sufficere ad admirationem crederent, ipsam Helenam noctu ei adstitisse somniarunt, quæ ad scribendum eum excitaret, gratiam & famæ perennitatem promittens. (z) Unde sine dubio tanta in Homerum reverentia, ut etiam templis & ara coleretur, quod Smyrnæos & Jus insulæ incolas fecisse certum est. Argivi itidem, ubi rem sacram faciebant, Apollinem & Homerum invocarunt. Imo & Christiani quidam, quos sub Carpocratianorum nomine hæresium catalogi notant, imagini ejus, eosdem quos Salvatoris nostri aliorumque sanctorum, honores exhibebant. (a) Nec minor apud plurimos carminum ipsius erat auctoritas, ac apud nos sacri Codicis. Publice enim Athenis canebantur, satisque sibi probasse sententiam suam videbatur, qui

(y) Infeliciter satis; quia primus Iliados versus scandi non potest, si credimus PETITO *de Sybilla p. 368.*

(z) ISOCRAT. *laudat. Helen. p. 431.* Quod vel sine miraculo admitti posset, cum admodum frequens sit, ea quæ interdiu cogitaverimus, noctu nobis per somnia obversari.

(a) Testantur supradicta auctores: STRABO *lib. 14.* GELLIUS *lib. 3. c. 11.* ÆLIAN. *lib. 9. c. 15.* BAYLE *Nouvell. de la Republiqu. des lettr. 1684. p. 73.*

qui alicui Homeri loco eam superstrueret. (b) Antiqui etiam Romani eum ad unguem ediscere soliti erant: unde apud Suetonium, ipsos imperatores Romanos toties versus Homericos allegasse & ex tempore recitasse, legimus. Et Seneca miratur aliquem ex nobilioribus adolescentibus, tam ebrium fuisse, ut postero die & nomina heroum Homericorum oblitus esset. Quæ prompta causa est, cur tanta adhuc in jure civili Homeri auctoritas, ut non tantum illustrationis sed decisionis etiam interdum gratia allegetur. (c) Unde cum adversarii adeo magnam ejus auctoritatem viderent, iisdem mediis quibus constituta erat, eandem infringere conati sunt. Hinc finxerunt Sybillam Erythræam prædixisse, men-

(b) ÆLIAN. *var. histor. lib. 8. c. 2.* CLERC *Bibliothequ. universell. 1689. p. 7.* POSTEL listige *Juno.* Vorred. b. 3. unde etiam ortæ sunt sortes Homericæ.

(c) Loca invenies J. §. 1. de donat. §. 2. de Empt. & vendit. §. 1. de Leg. Aquil. L. 1. §. 1. ff. de contrah. empt. L. 65. §. 4. ff. de Legat. 3. L. 9. §. 1. ff. de suppellect. legat. L. 4. §. 6. ff. de gradib. & adfinib. L. 13. §. 1. ff. ad L. Jul. de adulter. L. 16. §. 8. ff. de pœn. L. 236. pr. ff. de Verbor. signif. L. 52. §. 2. ff. de Legat. 3 & §. 2. J. de Jur. Nat. & Gent. it. Constitut. Omnem Reip. §. 11.

mendacia scripturum esse Homerum: (d) & Philostratus, hausisse omnino Homerum sua ex umbra Ulyssis asserit, quam incantamentis exciverat; in præmium tamen tantæ revelationis sæpius ipsi a veritatis tramite deflectendum fuisse, ut Ulyssis gloriæ velificaret.

§. XXIX. Sunt etiam, qui ex eo, quod a moribus quos in aliis quis probat, ipse minus alienus videatur, fidem destruunt Homero. Non enim tantum Ulyssem maxime laudat, cujus tamen ipse mendacia non diffitetur, sed & Deis Deabusque ipsius non infrequens est, veritatem dissimulare. (e) Quæ suspicio eo magis in eum cadit, quo magis Poëtæ fingendi quandam licentiam tanquam sibi propriam vindicant, eamque si unquam cum pictoribus communem habent, certe in describendis pulchrarum formis exercent. (f) In quo tamen sunt qui eos excusent, dum veritatem non requiri in Poëta asserunt, ut qui pleraque ad delectationem si retulerit satisfeciisse suo muneri videtur, relicta historicis cura, ut intemeratam rerum

(d) Ex *Varrone* LACTANTIUS *de falsa religion. lib. 1. p. 18.* & DRESEMIUS *ad Iscan. lib. 1. v. 29.* PHILOSTRAT. *in Heroic. c. 18. §. 5.*

(e) Exemplum perjucundum in Junone *vid. Iliad. Ξ. v 210-310.*

(f) *Conf.* JUN. *de pictur. veter. c. 4. lib. 1. p. 22.*

rum gestarum seriem posteris tradant. (g) Adderem Homerum eodem modo quo hodie fabularum Eroticarum scriptores, heroidem suam quam excellentissimam esse voluisse, (h) nisi jam ex antecedentibus constaret, Iliadem non præcipue circa Helenam versari, utpote cujus paucis tantum meminit; in Odyssea vero Penelopen primas ubique partes tenere: imo, nisi in genere asseri posset, eundem ubicunque fœminam laudat, potius vocem quæ commodam se explendo versui præbebat, quam judicium adhibuisse.

§. XXX. Videndum jam, an nihil nobis in ipsis antiquitatum reliquiis supersit, quo excutere dubium nostrum, verumque Helenæ asserere vultum queamus. An nulla tabula, nullum signum, gemma nulla, nullus nummus eandem nobis sistat. Semper enim, monente Gronovio, (i) id egit Græcia, ut imagines eorum qui in fabulis iterabantur, vel veteres custodiret, vel novas exære aut saxis poneret, aut per publicam id est sacram monetam quotidie oculis offerret. Neque tamen de Helenæ vel statuis vel imaginibus, multum nobis ex antiquitatis testimoniis supereſt. Plinius, ubi totus in enarrandis picturæ

(g) CICERO *lib. 1. de LL. p. m 423.*

(h) Quem morem non sine sale perstringit: NOBLE *ecol. du mond. Tom. V. p. 9.*

(i) GRONOV. *thesaur. antiquit. græcar. Tom. I. dedic.* †† *b.*

ctura veteris reliquiis est, (k) Lanuvii meminit Atalantam & Helenam nudas pictas esse, quas ille urbe condita, antiquiores putat imagines. Addit Pontium legatum Caji Principis eas tollere conatum, quod excellentissima utriusque forma accensus esset. Non tamen asserit, an veræ imitamenta formæ, an ingeniosioris penicilli specimina fuerint. Quod idem & de reliquis, quarum nobis indicia dedit desideres; (l) in ea autem, cujus Pausanias mentionem facit pictura, ne suspiceris quidem. (m) Illud miror, quod Lucianus in componenda ex statuis pulchritudine, nullam Helenæ adferat, qualem se tamen vidisse alio loco refert. (n) Non inquiram anxius in antiquitates, potius illud notabo, Sandrartum asserere, superesse adhuc dum Romæ pictam a Xeuxi Helenam. Quæ tamen verba, nescio quomodo ex Plinio irrepsisse in illam recensionem, facile viderit cui utraque loca conferre libet.

(k) PLIN. *lib. 35. c. 3.*
(l) PLIN. *lib. 35. c. 10. & c. 11.*
(m) PAUSAN. *lib. 10. p. 601.*
(n) Prior locus est *in* LUCIANI *imaginib. p. 180. b.* ubi quicquid statuarum sui temporis pulchrum erat congessit: posterior *de Dea Syra. p. 318.* ubi non Helenæ laudat statuam, sed Stratonices.

bet. (o) Qua in sententia eo magis confirmamur, quod nullus alius, quantum ego sciam, hujus rei mentionem injecerit, nec unquam inter urbis Romanæ statuas, quæ multifariam exstant, hanc mihi oblatam esse, meminerim. Novimus Sandrartum non nisi commentaria suggessisse, Arnoldo, Rhodioque stylum moderantibus, (p) quæ facilis in tales errores occasio est. Vix igitur hac ex parte aliquid nobis subsidii enascetur, eo minus, quod si revera supereresset, illud ipsum quod antea tetigi dubium semper remaneat.

§. XXXI. Scilicet ea, quæ nostris temporibus sculptorum pictorumque pergulas invasit licentia, ut cuivis ex antiquitate Heroi suam ex theca depromant formam, quantum ea ad vivi similitudinem accedat securi negligentes, eadem & veteribus illis, non abfuisse censenda est. Gaudeant

(o) Ita SANDRARTUS: In der Galerie Philippi zu Rom ist von Xeuxe eine Helene zu sehen/von welcher wie ich meyne Valerius Maximus redet/ wenn er sagt: Er habe selbige nach seinem trefflichen Verstande/ und nach der Beschreibung/ so Homerus in seinen Versen gegeben/eingerichtet. Mahler-*Academ.* 1. Haupttheil. 2. Theil. 1. Buch. *p.* 19. Ita PLINIUS: Xeuxidis manu Romæ Helena est in Philippi porticibus. *histor. natural. lib.* 35. *c.* 10.

(p) OLEAR. *in præf. ad Philostrat. imag. p* 758.

deant alii suis ineptiis, & dum nimio, in antiquas quas isti vocant, studio feruntur, peculiare quid inesse talibus credant, quod minime artifici adscribas, sed secretiori cuidam causæ. (q) Ego de me sane confiteor, obtusiori me natum esse ingenio, quam qui talia assequar. Sanior Gronovio sedet sententia, qui licet integrum in antiquitatum Græcarum Gazophylacio Tomum, talibus tribuerit, ipse tamen fatetur, mediæ potius ætatis figmenta, quam ipsam primæ antiquitatis fidem illic exhiberi. (r) Indulserunt & tunc suo

(q) Ein solches Bild ist beseelt mit einem heimlichen Leben / das nicht von dem Werckmeister sondern von gewissen Kräfften herkommt / daß man die Originalien selbst dadurch verstehet / und deren höchstgepriesene Geister / in Betrachtung derselben so zu reden vergötterten Wesens / theur / wehrt und köstlich achtet. SANDRART. Mahler / *Academ.* 1. Hauptheil. 1. Theil. 2. Buch. 5. *Capitel p.* 42. Qualia credo non posse placere, nisi eis qui Belurgerio sunt similes, inter cujus vanos in Homerum amores, & illud recensitum est, quod pictam à celeberrimo pictore habuerit deformissimi Thersitis imaginem, qualem ipse ex Homero dictaverat, & qua nihil illustrius, nihil magis dignum visu censebat. ERYTHR. *Pinacothec. P.* 1. *p.* 206.

(r) GRONOV. *Antiquit. græcar. Tom I. in præf.*

ngenio pictorum manus, aut si licentiam coarctare finibus, libertatemque suam regula certa constringere constituissent, earum quæ suo tempore pulcherrimæ credebantur, imitari lineamenta orisque conformationem soliti sunt. Ita Aristænetus testatur, pictores suæ ætatis Helenæ effigiem ad Laidis formam expressisse, & nota sunt antiquitatis testimonia, quibus sæpius ad dilectæ cujusdam puellæ similitudinem, ipsas Dearum figuras efformatas esse, evincitur. (s)

§. XXXII. At quid dicemus de illo nummo, quem dissertationis suæ fronti Rothius præfixit, quem

---

præf. liberius sententiam dicit PATIN. *Introd.* " *ad Numism. p. 5.* Pictura non nisi ad delectatio-" nem & ostentationem est composita, ab arbi-" trio & genio, nonnunquam delirio auctoris sui " dependens.

(s) ARISTÆNETI *locus est de Laide sua lib 1. ep. 1.* similia habet LOHENSTEJN *Armin. Tom. I. p. 9. b.* PLIN. *lib. 35. c. 10. in fin. conf.* JUN. *de pictur. veter. p. 163.* Qui equidem mos in Ecclesia Romana & olim fuit & adhuc est frequentissimus. Exempla dabit RABELAIS. *ep. 15.* HARTNACC. *ad Horn. Histor. eccles. p. 411.* SANDRART. in der Mahler-*Academ. 1.* Hauptheil. 2. Theil. 2. Buch. *p. 71. conf.* BANAG. *Histoir. des Ouvrag. des sav. 1688. P. 1. p. 325.* MISSON *Voyag. d' Italie P. 2. p. 340.* TENTZ. Monatl. Unterred. *1691. p. 587.*

quem tamen multo melius expressum invenies in Gottfriedi Chronicis. (t) Licuit mihi hujus nummi, ectypum sat elegantem conspicere. Unde moneo falli Rothium, ubi eundem haud satis pulchram Heroidis suæ exhibere faciem asserit, (u) cum omnino sit concedendum, eandem ad regulas antiquitatis, priscique genium seculi examinatam, non contemnenda effulgere pulchritudine. Observavi simul, eaquæ in mundo quo caput tegitur minutula exhibet ornamenta, non nisi corollam esse ex floribus, in qua folia satis aperte distinguas, cætera coma cincinno in nodum se retorquente collecta. Equidem Rothius asserit: Bosium virum eruditissimum, non ausum esse de fide nummi sententiam pronunciare. At non dubito quin Rothius Bosium minus forsan bene intellexerit. Certe cum Patinus nummos Priami cum Troja & equo Trojano aperte rejiciat, (x) & alias satis constet inter eruditos, antiquissimos Græciæ nummos esse Amyntæ tertii Macedonum regis, nihil videtur obstare, quo minus & hunc nummum in eorum referamus numerum, quibus recentior ætas credulæ curio-

(t) *Joh. Ludwig.* GOTTFRIED. in der Historischen *Chronica, tab. 1.* ubi præter Helenam & Iphigeniam & Polyxenam exhibet.

(u) RHOTIUS *diss. de Ilio excisa c. 7. §. 7.*

(x) PATIN. *Introd. ad Numism p. 140.*

sitati illusit (*y*) Antiquior equidem videtur, quam Begerus in excidio Trojano, Helenæ cum Paride colloquentis, ut ipse putat, figuram dedit; (*z*) sed præterquam quod indubie ea tempora quæ nos poscimus non attingat, nulla etiam causa est, cur illic Helenam & non potius statuam Pygmalionis, aut Pandoram Prometheo missam repræsentari credas.

§. XXXIII. Incerta igitur hæc omnia; incertius multo, quod ex incantationibus sperari potest præsidium. Vix credo, eo ineptiarum quemquam delapsurum, ut antiquitatis amore Stygias hasce artes in auxilium vocet. (*a*) Narrant

(*y*) Quorum nummorum magnus satis est numerus, cum essent qui ex professo huic fallaciæ operam darent, quales impostores recensuit PATIN. *in Introd. ad Numismat. p. 144.* & plerumque tales nummi solent vocari Paduani. Dedit quosdam eorum æri incisos MOLINETUS *au Cabinet de la Bibliothequ. de St. Genevieve p. 93-224.* At multo majorem numerum sperare nos jubent promissa *Dn.* SCHOTTI. *vid.* neuer Bücher-Saal. *Tom. IV p. 468. conf.* STRUV. *de doct impost. §. 44.*

(*z*) BEGER. *Excid. Trojan. fig. 8. ex Angeli* CAUSÆI *Musæo Romano Sect. 3. tab. 21.*

(*a*) Sunt talium exempla qui descendisse quasi cum Ulysse & Ænea ad inferos feruntur, sapientia imbuendi. Ita Appion Grammaticus, manes

rant tamen tale quid inter fabulas magicas, ipsaque his nugis theatra perstrepunt, (*b*) quibus permotus & hanc chordam paucis tangere volui.

nes Homeri evocavit, de patria ejus scisciturus. PLINIUS *lib. XXX. c. 2* & ipse Homerus Ulyssem ex sententia PHILOSTRATI *in Heroic. Cap. XVIII. §. 5.* Hermolaum Barbarum narrant consuluisse diabolum, quomodo græca vox Ἐντελεχείας, ad genuinum Aristotelis sensum exprimenda sit. CLARMUND. *s. Rüdiger. in vit. P. 4 p. 28.* Cottonus ex obsesso quodam dæmonem interrogare voluisse dicitur: quonam scripturæ testimonio purgatorium probari queat, quænam optima hæreticos convertendi methodus? &c. *vid.* BANAG. *Histoir. des Ouvrag. des sav. 1688. Tom. I. p. 409. conf. la Politique des Jesuites par Louis* DE MONPERSAN *p. 91. edit. 1692.* MAYERS Kriege des HErrn. *p. 330. vid.* Gedancken über die *Journal. Tom. II. p. 232.*

(*b*) Ita in vita Wagneri narratur: jussisse illum ut dæmon familiaris Helenam sibi adduceret, quæ & Fausto adducta quondam, longo satis tempore consueverat. Oblitus tamen telæ suæ quam inceperat auctor, narrationis filum non absolvit. *vid.* vom Leben Wagners. *p. 92.* PFIZERUS de Helena nil tale meminit, integro tamen *capite 10. Part. 2. in vita Fausti*, tales apparitiones recenset.

Videt autem quisque vel me tacente, nihil ea via ad veritatem indagandam fieri posse. Diabolo enim quis fidem habeat? Fiunt autem hæc, ita credimus, interveniente Diabolo. Neque tamen quibuscunque commentis semper addenda est fides, cum facillima hic fallendi se offerat occasio, qua minimo negotio magum se quis queat mentiri. Sane dum religiosus quidam metus male credulis incutitur mentibus, quibus per artis hujus regulas, nec sonum edere, imo vix respirare cum strepitu licet, si quis paululum animo minus obfirmato sit, persuaderi facile potest, ut nunquam sibi visa, vidisse se asserat. (c) Quod eo promptius fit, quia si nolint sibi fauces elidi, ea enim traduntur, nec respicere in ullam partem licet: adeo ut a tergo secure queas proferre, quodcunque in adverso speculo, oculis eorum quibus imponere vis cupis ostentare. Memini certe eo modo viduam quandam, quæ insano mariti defuncti desiderio vel umbram ejus videre cupiebat, non sine suo terrore delusam esse. Non jam inquiram in opticas illas fallacias, quibus Phantasmata se producere posse gloriantur, quæ vel intentissimum fallant. (d)

§. XXXIV.

(c) Exemplum dabit ERASMUS *in Colloquio cui titulus: spectrum. p. 512.*

(d) Lucerna magica hodienum satis nota est, at olim ab ignaris pro vere magica haberi solita.

VAL-

§. XXXIV. Æque parum nobis orietur præsidii, si ex cineribus, arte Chymica vitro artificioſe incluſis, formam Helenæ reſuſcitare vellemus. Præterquam enim quod ex Helenæ cineribus nihil ſuperſit nobis, adeo dubium eſt hoc artificium, ut propitio jure & nos de eo dubitare poſſimus. Forſan gratiori ſpectaculo noſtræ curioſitati ſatisfieri poterit, ſi Xeuxin non ultimam in antiquis pmicillo adeptum gloriam, cernui ſequa-

VALLEMONT. *de la Baguette. p. 275. edit. Pariſien. 1709. 12.* Multo propior miraculo eſt is modus, cujus meminit SCHWENTER *in* Mathemat. Erquickſtund. *P 6 exper. 35.* Qui & in præfatione ejus partis meminit, oculatum ſe eſſe teſtem, artificio Pauli Braunii reflexas extra ſpeculum ipſo in aëre rerum apparuiſſe imagines. *279. & exper. 30. conf.* HARSDÖRF, SER *ibid. Tom. III. Part. 3. exper. 32. 33.* Et ſatis decantata eſt hiſtoria icunculæ pueri Jeſu, quam Kircherus in Muſæo, ope ſpeculi concavi ſphærici monſtrare ſolebat in aëre ſuſpenſam. *conf.* SCHOTTUS *Magia natural P 1 p. 327. 341. 346. 350. 351 352. 359. 363.* cui adde PORTÆ judicium *lib. 17. mag. natural.* Res plus in tituli fronte, quam in receſſu promitit. Vi- „
debitur imago extra ſpeculum, ſed per medium „
ſpeculi, ut intra ſpeculum res ſpectata extrin- „
ſecus ſpectari videatur. *conf.* SCHOTTUS. „
p. 345.

mur. Hic Helenam picturus, à Crotoniatis obtinuit, ut ex omni virginum numero quinque sibi eligeret pulcherrimas, ad quarum speciem artis suæ exemplar exigeret. (e) Neque defuisse illum sibi ex eo colligas, quod nudam exhibuerit Helenam, aversam tamen, in quo pudoris & sui, & virginum quas inspiciebat, rationem habuisse censendus est. Excellentissimam expressisse tabulam consentiunt omnes, ita ut ipse versum subscripserit, habituros hic esse alios quod laudarent, non quod possent imitari. (f) Unde Nicostratus pictor maximæ artis, cum interrogaretur, quid adeo in hac tabula conspiceret: non interro-

(e) Historiam prolixe invenies apud CICERONEM *de invent. lib. 2. init.* & DE PILES Historie der Mahl. *p. 134.* Non Helenam pictam esse sed Junonem, dicit SANDRART Mahler-*Acad. Tom. I. Part. 2. lib. 1. p. 19.* & LIPS. *monit. & exempl. politic lib. 1 c. 1. præeunte* PLINIO *lib. 35. c. 9 p. 619.* & potuit ille sæpius hunc modum repetere. Præmium autem denudati corporis hoc habuerunt illæ virgines, ut earum nomina multi Poëtæ tradiderint memoriæ, quod ejus essent judicio probatæ, qui verissimum pulchritudinis habere judicium debuisset. CICERO *loc. cit.*

(f) Videtur tamen eundem versum pluribus tabulis subscripsisse. *vid.* PLIN. *lib. 35. c. 9. p. 619.*

terrogares, ait, si meos haberes oculos. Sane Xeuxis in corpore muliebri pingendo plurimum aliis præstabat, (g) unde mirum non est, cum eo in genere, in quo plurimum poterat laborarit, egregium illud opus evasisse. Sunt qui tanto pretio redemptam illam imaginem esse referant, ut infame inde scorti nomen in Helenam redundaret, utpote quæ tantum quæstum pictori fecisset, (h) Omnis tamen hæc opera eo magis ab ipsa veritate abiit, quo magis alienas extra Helenam sectatus formas artifex, aliena se exprimere professus est. Adde, quod & minus prudenter egisse, & fucum tanto apparatu facere Crotoniatis voluisse, quem magni venderet, videri possit. Conferantur hunc in finem Baconis de Verulamio verba, (i) quæ ab homine artis pictoriæ cum laude perito, approbata esse novi.

(g) Si tamen vera sunt, quæ de ejus morte feruntur, funesta hæc ei fuit in noscenda pulchritudine eminentia. Cum enim anum aliquando pinxisset, quantumque ea a vernantis formæ gratia abiret, secum non insciitus arbiter pensitasset, tanta vi in risum erupisse dicitur, ut spiritus interclusi vehementia enecaretur. PILES Mahler-Histor. *p. 173.* JUN. *de pictur. veter. p. 235.* qui tamen dubitat.

(h) ÆLIAN. *lib. 4. c. 12.*

(i) BACO DE VERULAM. *Sermon. fidel. c. 41.*

§. XXXV. Restat, ut an ex mutuo membrorum inter se habitu, quem proportionem vocant, lux aliqua nobis enasci possit, videamus. Ita Pythagoram ferunt, ex vestigio Herculis, totum quem nunquam viderat Herculem dimensum esse. (*k*) At nihil nobis restat, unde mensuræ initium capere queamus. Periit sandalium, quod ei dum rapienti Paridi se subtrahere vult exciderat. (*l*) Periere pocula, quæ ad papillarum exacta formam, in insula Lindo consecrarat. (*m*) Dubium itidem est, an si illa supereſſent, hac ratione multum certitudinis nobis enasci queat. Licet enim forte corporis in longitudinem extensi moles ita cognosci posset, extremitates tamen membrorum vix ille modus tibi dabit. Adde, quod

(*k*) GELLIUS *lib. 1.* NIPHUS *de pulchro. c. 36.*

(*l*) Qui locus deinde sandalium appellatus est. PTOLOM. HÆPHEST. *apud Photium nov. histor. lib. 4.*

(*m*) PLINIUS *lib. 33. c. 4.* qui simul notat poculum illud ex electro fuisse. Fiebat autem electrum ex mixtura quatuor auri & unius argenti portionum, quod Galli vocant: Or blanc. Quales nummi incepere apud Romanos Seculo III. auctore Alexandro Severo. PATIN. *Introd. ad numism. p 45.* SUARESIUS *de numism. c. 4. conf.* BRANTOME *memoir. des dam. galant. Tom. 1 p. 289.*

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1759317691/phys_0244
DFG

quod quicquid hic pictores crepant, & in quo Philosophi eos sequuntur, potius in pergula pictoria natum esse videatur, quam in rerum ipsa natura existere. (*n*) Studuerunt artem suam redigere in regulas, hinc omnino fundamenta quædam ponenda fuere, quibus reliqua superstruerentur. Inde enata membrorum inter se facta collatio, ex collatione norma definita, cui ex insignis cujusdam artificis auctoritate pondus in reliqua secula accrevit. Secuti sunt magistrum discipuli, & quod fieri solet, non jam dubitatum est amplius de principiorum quæ vocant veritate. Agnoscunt hæc non inscii artis viri, qui etsi non sine usu adhiberi talia libentes confiteantur, quo scilicet interdum dubius rerum varietate animus, face quasi proposita in viam reducatur: tantum tamen abesse dicunt, ut in ipso hominis corpore regulas suas exhibere queant, ut potius tale unquam repertum iri, spe prorsus abjecta dubitent.

(*n*) De symmetria corporis humani *vid.* AUGUSTIN. *de civit. Dei lib. 22. c. 24.* COEL. RHODIGINUS *antiquar. lection. lib. 3. c. 12. & 21.* CARDAN. *de subtilit. lib. 11. p. 375.* NIPHUS *de pulchritud. c. 36.* LOHSEN. STEIN *Armin. Tom. II. p. 224.* SCHWENTER *Mathemat. Erquickstund. Tom. I. P. 3. qu. 47. sequ. &* HARSDORFFER *ibid. Tom. II. P. 3. qu. 12.* quos vel se mutuo exscribentes vel sibi contrarios reperies.

tent. (o) Illud satis constat, non sufficere hanc corporis symmetriam ad veræ pulchritudinis laudem. Sæpe quippe videmus, rectiorem in una quadam puella quam in alia dispositionem partium, mensuramque membrorum; quæ alia tamen, nescimus qua de causa, amores omnium alliciat. (p) Ita ut ineptire videatur Swenterus, qui peculiarem Christianis ex dimensione artuum adstruere prærogativam præ Judæis voluit. (q)

§. XXXVI. Nihil itaque hactenus invenimus, in quo certo figere pedem, viæque quam curiosius ingressi sumus terminum attingere queamus. Unicum istud ex omnibus constat, licere cuivis eam Helenæ speciem affingere, quamcunque animus efformandæ pulchritudini intentus ei suggesserit. Ita si non Helenam habebit, habebit certe quod in Helena amare voluisset. Quamvis satis appareat, ita cuilibet voluntatem pro ratione futuram, egregioque exemplo comprobatum iri: pulchritudinem non nisi in cujusvis opinione quam sæpissime consistere. Quod ego non ita intellectum volo, ac si credam nullam esse pulchritudinem, præter eam, quæ cerebro interdum male

(o) SANDRART. Mahler. *Acad. 1.* Haupt-Theil. 2. Theil. 2. Buch. *1. Capitel. n. 26.*

(p) *Conf.* NIPHUS *de Pulchro. c. 19.*

(q) SCHWENT. Mathematisch Erquickst und. *Tom. I. P. 3. qu. 50.*

male sano adscribenda sit; (r) sed quod putem diversissima hic esse hominum suffragia, ita ut quod multis placeat, inveniat tamen aliquem cui minus probetur: unde omnino dicendum sit, suam sibi quemvis Venerem ad lubedinis suæ normam exigere. Nullus sane dubito, cum quot capita, tot in definienda formæ gratia sensus sint, vix futuros esse duos qui plenissime consentiant, nullamque vel à scitissimo artifice exprimi figuram posse, in qua non plurimi, sua quivis ex sententia reperisse sibi aliquid videbuntur, quod ad exactæ pulchritudinis complementum vel addi debeat vel detrahi. Adeo verum est quod legisse me memini: Suus cuique gustus est, & sua cuique gustus ratio. Sed gustus ipse sibi ratio est. Hinc & tam variæ pulchrarum in scriptis Eroticis reperiuntur descriptiones, ut qui eas colligere ex principibus saltem vellet, insigni sane varietate oblectare posset animum. (s) Nos illud

(r) Datur enim vere pulchritudo, quæ omnino ex sententia Platonis insigne naturæ privilegium dici meretur. NIPH. *de pulchr. c. 14.* qua in re oculis nostris convincimur, & frigidum est, quod ex Aristotele BOETHIUS adducit in contrarium, *de consolat Philosoph. lib. 3 pr. 8. conf.* HERMOL. BARBAR. *de re uxor. lib. 2. c. 6.*

(s) Multo magis si quantum integræ nationes in definiendo pulchro à se invicem dissentiant, paulo

illud quod est nostri instituti saltem observantes, eas inquiremus quæ ab antiquitate Helenam expressura nobis relictæ sunt. Non supersunt tamen nisi pauciſſimæ, & quarum nulla omne expleat punctum, ut omnino confitendum sit, non eam veteribus scriptoribus hac in re curam fuisse, quæ modernis est. (t) Ovidium si excipias non sine nequitia ingeniosum, ex reliquis pulchritudinem fœminæ, non nisi in partibus discas. Hinc frustra etiam talem Helenæ descriptionem quæsiveris, qualem Johannæ Tagliacocii Principi, exem-

paulo accuratius excuteretur. *vid.* MONTAIGNE. *Essais liv. 2. c. 12. p. 425. adde* VRIES *Wonderroneel c. 4.* LOCHENSTEIN *Armin. Tom. II. p. 103. Continuat. relation. curios. Happelii. Tom. I. p. 468.*

(t) Ii qui fabulas nobis amatorias sub *Romanorum* nomine dant, in nuda pulchritudine describenda sæpius lasciviunt, nec minus hic peccant Poëtæ. An inde concludas tempora nostra dissolutiora esse veteribus? Non affirmabo. Nota satis Romanorum Græcorumve in suas libidines propensio. At nulla causa erat nudas ut describerent, quæ vel media die prostabant, ut inde in re ubi consuetudo tædium fere fecerat, haud opus esset Poëtas Symbola conferre. conf. in genere de nuditate LOCHENSTEIN *Armin. Tom. I. p. 1184. it. Tom. II. p. 787.*

exemplo temerario formæ ejus admirator Niphus obtulit. (u)

§. XXXVII. Prima quæ hic memoranda venit, est delineatio pulchritudinis quæ sub Daretis Phrygii exstat nomine, & eo majoris futura esset ponderis, tanquam ab eo qui ipse bello Trojano interfuit relicta, nisi genuinæ antiquitatis prærogativam virorum doctorum consensus huic scripto abjudicasset. (x) Fuit ex ejus sententia Helena similis fratribus, capillo flavo, oculis magnis, facie pura, corpore deducto, formosa, animi simplicis, blanda, cruribus optimis, notam inter duo supercilia habens, (y) ore pusillo Quæ de-

(u) NIPHUS *de pulchro. c. 5.* Inseruit locum Dn. THOMASIUS den Freymüth Gedanck. *1689. p. 798.* Causam forte suæ audaciæ Nipho ea sententia dedit, qua putabat puellam non posse amari quin amet; potissimum cum à laudatis viris amari se noverit, quam *eodem tractatu, toto capite 47.* probare conatur.

(x) *Conf.* MORHOFF. *Polyh. Tom. I. lib. 4. c. 11. §. 10.* FABRIC. *Bibl. græc. lib. 1. c. 5. §. 4.*

(y) Hinc LUCILIUS *lib. 17.* Helenam „ ipsam denique nolo dicere, tute vide æque „ aliquam rem insignem habuisse, verrucam, næ- „ vum pictum, dentem eminulum ullum. „ Quanquam si Ovidio credimus, ea decentior est facies in qua aliquis nævus. *vid.* SENEC. *lib. 2. controvers. 10.*

descriptio (z) tamen, præterquam quod fide laboret auctor, non admodum distincta est, ut quænam illa, omnium prætergressa formarum decus, Helenæ præstantia fuerit, inde vix colligas. Idem omnino dicendum de iis lineis, quas Cedrenus nobis Monachus Græcus duxit. (a) Erat, si ipsi credas Helena gracilis, (b) papillis formosis, nivis instar alba, speciosо supercilio, eleganti naso, crine crispo ac subflavo, oculis grandibus. Quam ille imaginem, an ex aliis quod ipsi solenne est descripserit, an ipse sibi in solitudinis solatium effinxerit, non definio. Idem de Constantino Manasse esto judicium, qui ingentem Epithetorum farraginem exhibet. (c) Erat, inquit, Helena

(z) Reperitur ea *in* DARETIS *c. 12.* DACIERIA ipsa metuit ne Dares imagines ex sua potius Idea quam veritate efformaverit: etsi putet quædam in illis reperiri, quæ ex antiquis auctoribus potuerit hausisse. *ad Daret. l. c. n. 64.*

(a) *Cedren. p. 102.*

(b) Ita communis versio; alii vertunt: bene induta. DACIERIA substituit: longa. *in not. ad Dictyn. p. 4.*

(c) CONST. MANASS. p. 24. Affert itidem ejus verba BAYLE *in Dictionar. voc. Helene,* sed in quibus quædam reperies, quæ in ipso textu frustra quæsiveris, v. gr. eam adeo fuisse pulchram, ut nec unquam opus habuerit se lavare, *conf.* DACIERIA *in not. ad Dictyn. n. 27.*

lena mulier perpulchra, venustis supercilliis & colore, pulchris genis & facie, grandibus oculis, colore niveo, rotundis oculis, tenera, nemus quasi quoddam gratiis abundans, brachiis albis, delicata, plane viva quadam elegantia, facie candida, genis rosei coloris, venusta, formosis oculis, pulchritudine non ascititia, colore nativo. Tingebat albedinem color roseus rubens, ac si quis ebur splendente purpura tingat, collum prælongum candidum, unde ficta fabula de cygno.

§. XXXVIII. Equidem Baylius, dum eum quem jam attulimus locum citat, neminem in describenda Helena prolixiorem esse Constantino Manasse, asserit. Incidi tamen in binos scriptores, quos non modo diffusiores reperies, sed in quibus etiam animadvertere licebit, quantum fingendi licentia sibi indulgeat. Primus est Josephus Iscanus, qui Daretem latinis versibus descripsit, multa ubique de suo addens, quod opus falso sub Cornelii Nepotis nomine aliquandiu circumlatum est. (d) Ita autem ille: (e)

(d) *Vid.* MORHOFF. *Polyhist. Tom. II. p. 147.* Christianus Gryphius cum occasione Kuhlmanni in Iscanum inquisivisset, credidit eum esse Anglum quendam fanaticum, Kuhlmanno familiarem. *vid.* Unschuld. Nachricht. *1712. p. 42.*

(e) ISCANUS *p. 64* Reperies etiam eosdem ver-

Inclyta cognatos æquat Spartana Lacones,
Vultu, crine, genis: sociæ cunabula stirpis
Par oris testatur honos, at plenius haurit
Sidereum Ledea Jovem, totosque per artus
Lactea materni spirant mendacia cygni.
Nativum frons fundit ebur, caput exserit aurum
Æquatis crinale comis, gena candida byssum
Æquat, dextra nivem, dens lilia, colla liguſtrum.
Auris inexpleto crispata volumine, visus
Excubitor, nasusque vagi venator odoris,
Poscunt alternum titulo certante triumphum.
Productum modice mentum candescit, & alta
Lenius ut pressis insidant basia labris,
Parcius in roseum consurgunt ora tumorem.
Fundit apex humeros, pressum tegit ubera pectus,
Ilia succingit levitas, tractusque lacertos,
Pes brevis incessu terram libante supino
Lascivum suspendit iter, crurumque decora
Mobilitas compto libramine ponderat artus.
Sola superciliis labes interflua raris,
Audaci macula tenues discriminat artus.

§. XXXIX. Alter est Guido de Columna, judex Messanensis, cujus de excidio Trojano opusculum

versus sed corruptiores, nec facto auctoris indicio *apud* RUTGERS. *lib. 5. variar. lection. p. 536.*

sculum Anno 1287. compositum, Argentinæ 1489 impressum videre mihi licuit. Sequitur ille operosa manu ductas a Dycti Cretensi lineas, ita tamen, ut ubique multa addat, & ex suo ingenio verisimilitudinem effingere laboret Agnoscent cæterum Lectores Italæ venustatis, in his enim gens ista non parum sapit, haud pauca vestigia, quæ tamen, quantum a veræ latinitatis genio abeant, noverint quibus id datum est. Ita autem ille: (f) Paris diligenter in Helenam figens intuitum, singillatim ejus membra tanto decore respersa subtiliter contemplatur. Miratur in ea rutilanti fulgore flavescere crines multos, quos nivei candoris tractus, in medio diametris æqualibus dividebat, & aurea fila hinc inde serpentia, sub certi legem fœderis coegerant involutos Sub quibus subsidebat frontis lactea & nivosa planities,

(f) *Cap. 18.* Ut autem conciliaret operi suo fidem, veram Dictys historiam se ex græco versam dare professus est. Eam enim quæ vulgo sub hoc nomine veniat, traductam esse à Sallustio, qui tamen brevitatis studio multa omiserit, arguit. In quo tamen fallitur, neque enim Sallustio vulgata versio unquam adscripta est, sed Nepoti, cujus ad Sallustium epistola præfixa est. Utrumque falso. MORHOFF. *Polyh. Tom. II. p. 147. conf.* PERIZON. *diss. de Dicty.*

ties, ad ejus fulgentia tempora usque distensa, ubi crinium aureorum cumulus, perlucida visione turgebat, & cujus frontis delectabilis nulla rugositas planitiem sulcaverat adæquatam. Miratur etiam in tam nitidæ frontis extremis convallibus gemina supercilia, quasi manu facta sic decenter elevata flavescere, ut geminos exemplata velut in arcus, non ut in multa nube pilorum tenebrositatis horrendæ nigrescerent, sed ducta moderato vibramine, geminas distinguerent in majori fulgore circumferentias oculorum. Miratur oculos duorum siderum radios describentes, quorum orbes quasi gemmarum juncturis artificiose compositi, vaga volubilitate non prodigi, affectibus frænati modestis, stabilem animi constantiam promittebant: Quorum vigorem etiam in proceritate modeste frenabant palpebrarum habenæ. Miratur etiam in illa, miræ pulchritudinis nasi sui lineam regularem, quæ maxillas dividens in geminas partes æquales, nec multa longitudine vergebat ad imum, nec nimia brevitate correptus, superioris labii sedem indecenter suspendebat in altum. Sic etiam non nimia grossitie tumefactus se in multa latitudine diffundebat, dum compositarum narium termini non multa vacatione se sejungerent, nec se in multæ aperturæ patefactione vulgarent. Miratur etiam tantam pulchritudinem faciei, tanti candoris lacteo candore perfusam, cujus genas rosæ vestiverant mixtæ rosis, dum nulla temporis varietate, roseus color in illis

illis exhausto vigore langueſcere videretur. Sic intermixto colore niveo linearum inter genas & labia, rurſus figurare labra videbantur roſeam ſurgentem auroram, quæ nec multa temeritate videri poterant dulcia baſia refutare, ſed dura decenter elevatione tumentia, intuentes ad oſcula avidis affectibus invitabant. Sic miratur dentes eburneos, puſillos & in ordine compoſitos, alterum alterum nullatenus excedentes, quorum ordinem gingivæ roſeæ linealiter amplectentes, vere deſcribere videbantur lilia mixta roſis. Sicque totus ambitus faciei, mentum modica in medio concavitate ſulcatum, forma ſphærica concludebat, dum torus ſub menti valle modice duplicatus, fulgorem videbatur effundere cryſtallinum, Sic miratur etiam in ipſa colli columnula niveum præſentari nitorem, quem nivei ſplendoris candor tenui maſſa pinguedinis elevatum, prodigalitate lactea dealbabat, dum candentem ipſius gulam linealis ordo depingeret murænarum. (g) Sic miratur in illa, æquales ſcapulas hu-

(g) Neſcio quid his auctor ſibi velit. Neque tamen criticam hic exercere placuit, quod in reliquis, cum Codex ipſe mire corruptus ſit, ſæpius fecimus. Forſan intelligit collum, catenularum ſerie quæ ad murænularum ſpeciem effictæ erant,

humili planitie subsidentes terga plana promittere, a quibus sulcus declivis in medio, utrumque latus gracili jucunditate jungebat. Sic miratur in illa, brachia decenti proceritate distensa amplexus suadere dulcissimos, dum ejus manus modica elevatione pingueſcerent, & digitorum extrema tenui producta libramine ungues eburneos præsentarent; quæ brachia, manus & digiti, sereni candoris lacteo fulgore nitebant. Sic miratur in illa lati pectoris æqualitatem extensam, in cujus planitie duo ubera veluti duo poma surgentia, acris natura quasi geminas cacuminavit in pilas. Et demum staturam ejus æquæ proceritatis attendens,

---

erant, cinctum fuisse. Constat enim *murænulam* pro torque aliquibus usurpatum esse. Neque lucem hic nobis accendere potest David Förterus, qui Columnæ librum germanice versum in Monte Belliardo 1599. 8vo. edidit. Is enim pro more suo, non satis religiose latino inhæret: Sie hatte einen zarten schneeweissen Halß/ fornen war die Kehle wie ein heller Crystall durchsichtig/ dadurch der rothe Wein/ wenn sie ihn tranck schiene/ daß man ihn konte sehen ablauffen. *cap. 21. p. 132.* Solent equidem venæ jugulares, dum intumescunt, satis oculis patere. Sed quid hic nævus ad pulchritudinem?

dens, præstantiori forma putat & concipit esse membra latentia, dum vere & patenter inspicit, in ejus compositione personæ, naturam nullatenus deliraſſe.

§. XL. Hactenus ii, qui data opera Helenæ formam depingere nobis conati sunt. Jam accedimus ad eos, qui obiter dum Helenæ mentionem faciunt, vocabulum quoddam addunt, quod ad pulchritudinis rationem referas. Quamvis quod antea jam in Homero monuimus, omnino censendi sint, versui sæpius quam veritati inserviisse. Hesiodus itaque eam pulchricomam vocat, quod repetit Pindarus. (*b*) Euripides pulchros ei oculos, candidum cubitum, formosum pedem tribuit, (*i*) id tanquam singulare notans, quod abscisso etiam capillo pulchra manserit. (*k*)

(*b*) Loca invenies apud HESIOD. *in Operib. & dieb. p. 13.* & PINDAR. *Olympic. Ode 3.*

(*i*) *Vid.* EURIPID. *in Hecub. p. 74. in Troad. p. 669. in Oreſt. p. 138. in Helen. p. 875.*

(*k*) EURIPID. *in Oreſt. p. 87.* quod miraculo simile est si APULEJO credas, *Metamorph. lib. 2. pag. 21. edit. Lugd. Bat. 1594. 12.* Cui paria habet HERMOLAUS BARBARUS *de re uxor. lib. 1. c. 5. conf.* PHILOSTRAT. *ep. 44.* &

Theocritus omnes ejus amores in oculis fuisse, roseo eandem colore gavisam, amplo proceroque corpore eminuisse, auctor est. (*l*) Cointus Smyrnæus nigros ei oculos adscribit. (*m*) Et quis omnia

& LAUREMBERG *Pasicompse, c. 9. n. 2.* Cœterum flavam fuisse Helenæ comam pleræque descriptiones consentiunt, is enim color veteribus in pretio erat; qui quatenus à rufo distingui debeat *vid.* JUN. *de pictur. veter. p. 234.* Ut hunc colorem arte sibi conciliarent, prodeuntibus primum nuculis usæ sunt, quod secundum PLINIUM primum compertum, infectis tractatu manibus *lib. 15. c. 22.* Conf. de cultu comæ. OVID. *de art. amand lib. 3. p. 138.* & JUVENAL. *Satyr. 6. p 65.* & MARTIAL. *lib. 2. ep. 66.*

(*l*) THEOCRIT. *Idyll. 18. p. 155.* & *p. 153.* Amplo proceroque corpore fuisse, ait *ibid. p. 153.* tales enim placebant Græcis, actæ, crassæ, vegeti & vividi roboris. Inprimis Lacedæmoniis procerum corpus in honore habebatur, ita ut Archidamus rex ab Ephoris notatus sit, quod breviorem conjugem duxisset. Quam sententiam probat HERMOL. BARBARUS *de re uxor. lib. 1. c. 5 conf.* BONARELLI *sur le double amour de Clelie. P 1 c. 2. §. 3.*

(*m*) COINT. SMYRN. *de redit. Græcor. p. 101.*

omnia hinc inde dispersa observet. Paucis tantum circa supercilia & frontem monemus, Græcis antiquis diversam a nostri seculi moribus circa eorum pulchritudinem sedisse opinionem. Scilicet ea probabant supercilia, quæ in arcus intensi modum, utrumque continuo ambitu oculum tegerent, ita ut in medio invicem confunderentur. (*n*) Frontem vero brevem amabant, parvo interstitio assurgentem, & quæ a capillis in modicos

101. Nigros enim oculos amabant Græci, unde Pindarus & Hesiodus Venerem & Musas, Homerus sæpe Græcos nigris oculis appellat. HARSDÖRFFER Mathematisch. Erquickst. *Tom. II. p. 180.* Hinc oculos puerorum cæsios arte laborabant nigros facere. SALMAS. *Exerc. Plinian. p. 190.* JUN. *de pictur. veter. p. 240.*

(*n*) JUN. *de pictur. veter. p. 244.* GONZALEZ DE SALAS *ad Petron. p. 366.* BAYLE *Nouv. de la Republiqu. des lettr. 1684. p. 943.* Idem adhuc observant Turcicæ fœminæ. TENTZEL. Monatl. Unterred. *1689. p. 507.* & Hispanicæ mulieres AUNOY Reise-Beschr. *P. 1. p. 264.* Illud in Græcis & Romanis mirum, quod cum flavam ambirent comam, supercilia nihilominus fuscarent. JUN. *de pictur. veter. p. 245.*

fines coarctaretur. (o) Quæ si in Helena non fuerunt, credibile tamen est illis temporibus in ea desiderata fuisse, nostris moribus deformitati potius quam pulchritudini adscribenda.

XLI. Antequam finiamus brevibus mentio est facienda noti Epigrammatis, quo omnis pulchritudinis ratio ad numerum ternarium exigitur. Quod igitur hujus loci esse credidimus, quia ex Helenæ pulchritudine auctoritatem sibi conciliare voluit. (p) Ut enim huic similis sit fœmina

(o) *Vid. auctores quos præcedent. lit. n. citavimus.*

(p) Ita enim incipit *Francisc.* CORNIGER qui ex Gallico latinum illud dedit, referente *Nevizano in sylv. nuptial. p. 279.* Triginta hæc „ habeat, quæ vult formosa vocari fœmina, sic „ Helenam fama fuisse refert. Nolui totum epi- „ gramma subjungere, in quo libertati suæ stylus indulget, hinc potius sensum dedi, quem puræ latinitatis impurus auctor expresserat. Cæterum hos versiculos præ oculis habuit BRANTOME *Memoir. des dam galant. Tom. I p. 278.* & LOHENSTEJN *Armin. Tom. II. p. 96.* Germanice item versos reperies inter carmina collectanea, quibus præfixum HOFMANSWALDAVII nomen, pretium quod omnino mere-

fœmina, vult ut sint cutis, dentes, ungues candidi; nigri capilli, oculi, supercilia; rubore tincta roseo labra, genæ & subtus ungues; promissi capilli, longæ manus, & altum corpus; rursus breves dentes, auriculæ, venter; sed frons magna & lata, lati armi, dissidentia aliquanto inter se spatio supercilia; demum gracile corpus, os parvum, modice hiscens concha; labia, nates, crura crassiuscula; teretes & graciles digiti, item & nasus, & qui certent aranearum filis capilli; parvum caput, mammæ, & pedes. At quivis facile etiam nobis non monentibus videt, auctorem hujus sententiæ quisquis ille demum sit, non istud sibi propositum habuisse ut describeret Helenam, sed ut sua sibi ex mente pulchritudinem quandam fingeret, eamque non numeris solum Poëticis sed & Arithmeticis adstrictam.

XLII. Ita jam animus est rejicere calamum. Satis enim ut credo demonstratum, omnem Helenæ formam hominum credulitati, cui anni pondus addidere, superstructam esse, exiguo vel nullo potius, quod ex Homeri auctoritate quæras præsidio: nec superesse nobis ex antiquitatis ruderibus, unde tuto quod sequaris capias. (q) Equidem

merebantur conciliavit. 2. Theil. p. 62. Im neuen Vorrath curieuser Gedichte. 10. Parthey, p. 29. & ROTHMANNS lustigen Poeten. p. 63.

(q) Conf. BELLEGARDE lettres. p. 121.

dem essent adhuc quæ de ejus animo atque moribus diceremus, nam nec hic mundus vacat præjudiciis; at coërcenda est calami extravagantis licentia. Quod superest eum quem promisi Catalogum hic subjicicam, si forsan quis fidem nostram scrutari voluerit. Quæ certis se notis distinxere non tangimus, ubi erroris metum parit varietas, indicem damus. Favebit Lector & fovebit conatus. Apollodorus. Antverp. 1565. 8. Athenæus. Lugd. 1583. fol. Cedreni annales. Basil. 1566. fol. Coluthus: in opere aureo & scholastico. Lipsi. 1559. 4. Natalis Comes. Genev. 1641. 8. Dio Chrysostomus. Basil. 1555. fol. Dionysius Halicarnass. 1590. 16. Euripides. Francof. 1562. 8. Eustathius. Romæ. 1542. fol. Joseph. Iscanus. Antverp. 1608. 8. Isocrates. 1621. 8. Diogenes Laërtius. Lugd. 1596. 12. Libanius. Basil. 1522. 4. Lucianus. Francof. 1538. fol. Lycophron. Basil. 1566. 4. Nicander: in Poëtis græci carminis heroici. Aurel. Allobrog. 1606. fol. Pausanias. Francof. 1624 8. Plinius. Basil. 1535. fol. Plutarchi vitæ. Basil. 1542. fol. Stesichorus: inter fragmenta. Lyricorum. 1560. 16. Theocritus. 1579. 4. Tryphiodorus: in opere aureo & scholastico.

Lipsi. 1559. 4.

Obser-

OBSERVATIO IV.
DE
ELEGANTIA MANUUM ERUDITARUM.

SUMMA CAPITA.

1. *Proverbium: docti male pingunt. ineptos esse qui de industria fœdissime scribunt, ut docti videantur.* 2. *Quem in modum fieri soleat, ut docti aliqui male scribant.* 3. *Præstantem laudem etiam in erudito, esse scite scribere. Mathematicorum quorundam scitæ manus.* 4. *De veterum in scribendo elegantia, de Ciceronis &c. manibus.* 5. *De origine harum litterarum quibus Latine scribentes utimur & a quibus illæ maxime elaboratæ sint litteræ. De singularum gentium peculiari ratione scribendi.* 6. *Batavorum & scribarum & eruditorum. Almeloveni, Perizonis, Huberi, Drusi, Relandi, Pitisci &c.* 7. *De Anglorum scriptione Parkeri, Hudsonis &c.*

De

De Gallorum manu, Allixii, Bignonii, Baluzii, Dupini, Quesnelli &c. Italorum, Facciolati, Philippi a Turre, Magliabecchi. 8. *Germanorum Theologorum A. H. Frankii, Vernsdorfii, Phaffii, Lutheri &c. JCtorum Cocceji, Thomasii, Strykii &c. Antiquariorum Ez. Spanhemii, Begeri, Patini, Liceti, Harduini, G. C. Gœtzii &c. Hungarorum Sartorii &c. Hispanorum Ariæ Montani &c. Doctarum fœminarum.* 9. *De Græcis litteris veterumque scribarum & doctorum virorum manibus.* 10. *Quomodo Græcis litteris excultis docti quidam Græca scripserint. Muretus, Bentleius, Pictetus &c. De errore quodam Montefalconis.* 11. *Quanti manu eruditorum scripta æstimentur. de eorum adversariis, epistolis, philothecis &c. in quibus manuum signa & exempla relinquunt.* 12. *De Asiaticarum gentium studio scite scribendi. Syrorum.* 13. *Arabum.* 14. *Persarum, Turcarum, Indorum. Sinorum.* 15. *Europæorum quorundam cum Arabice aut Syriace &c. scriberent, Scaligeri, Golii, Salmasii, Pigueſii, Relandi &c.*

1. Nihil

I.

Nihil est ita ineptum, quin alicui aut recte factum aut sapienter cogitatum videatur. Id ego maxime in quodam proverbio expertus sum, quod de vulgo eruditi & puerorum universus populus in ore & celebratione habent: *doctos male pingere.* Perii si quicquam in illo dicto est, quod non referat superioris faciem squaloris, cum expulso humanitatis studio, omnia quæ ab ea lucem habere solent, merum rus essent: aut proximæ ætatis, cum litterulæ adhuc fæce istarum sordium illitæ in scena versarentur. Attamen pueris equidem haud succenseo, quod se juvare illud dictum putant, ne sub magistris plorent, neve præclaram illuviem sine compendio commutent cum hac non laudabili elegantia: verum cum bellissimi alioqui viri, quod eruditos forte viderant indiligenter scripsisse, huic neglectioni de industria se dant, id joculare admodum & inficetum factum est. Id autem consequi eos male scribendo, quod pueris negamus, quamvis etiam multo sordidius scribant, ut docti habeantur! Hæc tamen quorundam fraus est, qua nobile illud & præclarum nomen invadunt. Nam ut doctos imitentur atque ut nihil meditati, fundere & projicere passim præclaras suas cogitationes videantur, (quas sæpe si magnam operam homo

mo non ineptus adhibere vellet, tam ridiculas & inficetas effingere nullus possit) arrepto alicunde baculo (verentur enim ne invitis se calamus ita scribat, ut qua vox legi possit) atramentoque quovis quod prope est, horribiles perituræ chartæ minas intentant, incumbunt, litterasque spargunt seruntque passim, ut pueri se credant non litteras, sed hoc, quod in nubibus nonnumquam, cum sudum est, videre: Coiri in bellum & milites statarios in acie versari, hinc a cornibus tribunos, isthinc in extremo agmine triarios stare, hic ubi guttæ grandiores opportunis locis exciderunt, scuta opponi; ibi hastas tendi; isthic vastiorem lituram veluti vallum & propugnaculum aciei ferri. Aliæ litteræ seditiosius in diversa eunt, aliæ contra se infestis apicibus pugnant; nam de his, quæ in se humumque a summo concidunt, ruentium ædium convitium malo usurpare, quam qui apud Plautum exstat, jocum. Si alios, qui minutis litterulis adsueverunt uti, pestis istius fœdissimæ ambitionis invasit, quæ tum cruces & furcæ ingenuis oculis figuntur! Punctim hi (quod genus supplicii ajunt atrocius esse) isti cæsim legentes exanimant. Vidimus pueri ejusmodi litteras & muscarum pedes aucupis insidiis temere in charta hæsisse putavimus, nam litteras esse suspicari non potuimus.

II. Ingenui autem & eruditi viri istam vanissimorum hominum ambitionem damnant itaque cum male scribunt, alio aliquo malo fieri, non isto

isto vitio solet. Nonnumquam omnis causa in atramento & calamo est, quibus temperandis aliqui nescio quam non valent, alii animum non attendunt, ut quicunque calamus in manus venerit, eo sic utantur, tamquam bono, ut de se Cicero ad Quintum fratrem testatur. Attamen conqueri etiam & jocari meminimus doctos viros, cum illiberalem scribendi apparatum habuerunt, in primis J. J. Scaligerum cum Malavellæ in limite Lemovicano ad Franciscum Vertunianum (*) scriberet, ut erat munditiæ supra modum studiosus: tantum ergo abest, ut talem ingluviem studiose sectentur. Aliquibus locus obsuit, sive in curru, sive equo essent, sive in carcere, ut Peucero, cuius manu non pauca Berolini exstant in vinculis scripta, in quibus nihil ejus habere potuit, quo ad lautitiam uteretur. Petrarcha, cujus manum pæne inter sacraria Itali condunt, in toga scribere est solitus, animi & ioci causa, ut opinor, non studio aliquo sordium. Nam cum librum *de ignorantia sui ipsius & multorum* ad Donatum Apeninigenam misisset lituris plenum, id eum æque familiariter & ioco fecisse, ex istis præfationis verbis colligo: *Cumque epistolam possem dicere, librum dixi, qui tibi non idcirco vilior fuerit, quod lituris & additionibus plurimis intermixtis & pleno undique margine circumfertus est. Etsi enim oculis demtum*

(*) Ep. XXI.

aliquid sit decoris: animæ tamen tantundem gratiæ additum videri debet, quod hinc vel maxime te mihi familiarissimum intelligis, cui sic scribam, ut additiones & lituras, ceu totidem signa familiaritatis & dilectionis adspicias. Nec præterea dubitare possis meum esse: qui & manu mea tibi olim notissima scriptus, & quasi de industria tot cicatricibus deformatus ad te veniat: memorans tale aliquid de Nerone scripsisse Suetonium. Leo Allatius autem, qui uno calamo quadraginta annos usus, cum, cum perdidisset, vehementer luxit, omnino monstri istius aliquid aluit, sive grandi ætate ad pueriles lacrymas rediit. Dignior tamen ob tantam ætatem consecratione, quam Lipsii calamus fuit. Hic enim cum ita perperam scriberet, ut totam Europam huius negligentiæ testem advocare in quadam sua causa posset, tamen illum calamum Divæ Halensi dedicavit. Fieri tandem videmus, ut alias eruditi viri, tametsi incommodis illis obsideantur, nihilo minus scitule scribant, quam, si caruissent. Henricum Meibomium hos versus in gramine, loco minime opportuno, cum iter per Bructerum faceret (**) scripsisse vidi, ita venuste, ut ipsi versus ex tempore facti ingenio doctissimi poetæ indigni non sunt:

Hic

(**) A. CIↃ IↃ XCIV, Non. Julii.

Hic ubi Saxonicis longe celeberrimus oris
Bructerus aerium tollit ad astra caput;
Meibomius molli residens in gramine vates
Carmina frigidula condidit ista manu:
Tunc ubi flagrantes accendere Sirius ignes
Cœperat & solito curtior esse dies.

Scilicet qui a pueris scribendo eleganter operam dederunt talemque manum, quæ præceptis scribendi & certis adversus errorem rationibus munita est, adsciverunt, non potest fieri, ut omni lepore & munditia careant, etiam cum negligentes sunt. Plurimis ergo alioqui gratiam quandam habentibus assiduitas & consuetudo scribendi, magistra negligentiæ exstitit. Accidit eruditis (ex quo proverbium vanorumque hominum imitatio profecta sunt) ut, cum animus in contemplando defixus, celerrime multas res tenet & comprehendit, aliasque connexas ex aliis trahi aut e longinquo adesse videt, ob metum, ne quid excidat, aut ne obruantur, sequi quam potest citissime laborent mentis suæ festinationem, nec in scribendo curam ponant. Hinc fit, ut omnino male scribant, si tam firmi non sunt in præceptis & exercitatione scribendi, ut nihil laborantibus sponte sua obsequatur calamus ad luculentam venustatem & quamvis concitatior, librato veluti & æquali pondere eandem rationem conseruet. Sed hæc puerorum crux est, & parentes magistrique tamquam nihil ad disciplinam & usum vitæ pertineat, licentissime

me hanc curam relinquunt, aut talibus scribis pueros dant, qui haud multo gnariores sunt scribendi, quam isti, quos instituunt. Damnat alicubi hanc parentum negligentiam Joachimus Camerarius, qui in se fuerat, opinor, expertus, quanto usui esse elegans scriptio possit (nam & ipse non male scribebat) quantoq; sordidior manus fastidio. In J. Ludolfo Christ. Junker commendat, quod cum apud Franciscum Schillerum celebrem inter Germanos scribam operam in scribendo sedulam posuisset, tota vita diserte & accurate scripsit. Sed in eo tamen aliquid infortunii pono, quod tali magistro usus est, quo explicatam quidem & disertam manum, sed perquam laboriosam, qualis est Germanorum, didicit. Nam non omnis manus eruditis commendanda est, licet elegans sit, sed quæ nec scrupulosa, nec nimis elaborata est, nec lenta, sed veluti facta & composita ad celeritatem, ut, qui scribit, non impediatur calami & litterarum pertinacia, aut opus habeat neglectis omnibus præceptis licentius vagari. Cum morbus, aut lippitudo, aut senium scriptionis lepiditatem impediunt, plena est æquitatis excusatio. Beza qui juvenis haud sordide scripserat, in senectate tamquam sibi displiceret, frequenter vacillantes litteras accusat. Quam sortem memini etiam Alphonsum de Vignoliis præstantem & vegetioribus dignum viribus senem apud me queri. Petrum autem Jurieum & Antonium Teisserium, qui haud scio quam

quam bene iuvenes scripserint, ita vidi impotentes exarandis litteris factos esse senes, ut nomini suo scribendo vix valerent. Contra miratus sum Vilelmum Caveum & Stephanum Chauuinum etiam senes. Nullum tantæ ætatis signum in eorum manu cognoscas, ut ne senectus quidem mundam manum prorsus deturpare possit.

III. Est genus quoddam novorum hominum, qui, cum in eodem errore versantur, ut se putent doctos habitum iri, si quam corruptissime scribant, illum errorem mirabili quodam invento occulerunt. Nam quia a vetustate homines videlicet belli & elegantes abhorrent, hanc omnem constantiam & veri, honesti, recti, virtutis denique omnis studium, quod & ista vetusta essent, damnarunt, itaque in neglectione quoque litterarum & ipsius scriptionis, quia constantiæ nihil habet, summam laudem sitam esse opinantur. Iidem multo magis spectare solent, quæ alicuius de media scena facies, quæ coma, qui color, vestitus, incessus esse soleant, qui mores, sermones, ioci, ineptiæ, quam ut mentem præclaro lumine & præceptis ad virtutem, lucem, vitam usumque hominum instruant. Ergo istos, qui otiosorum hominum elegantiam sectantur, omnemque veram laudem & venustatem eruditi hominis dignam convitio stupiditatis censent, tamquam profanum vulgus ab omni eruditione merito arcemus. *Nimia est miseria pulchrum esse hominem nimis.* Qui autem doctrina excultum

animum habeat, quin idem & manus elegantiam in laudis suæ partem ponat? Principio enim ingenia & studia hominum ex scriptione non minus quam ex vultu cognosci censeo. Avarum aut sordidum facile a prodigo aut venusto ingenio distinguas, ceteraque mentis vitia quibus scriptionibus informentur, sagaci ingenio non est difficile invenire sine nostra opera. Viderint igitur qui negligentiam præ se ferunt, ne iudicio intelligentium, etiam multo, quam sunt, sordidiores vanioresque habeantur. Eruditum autem virum fugere omnem etiam suspicionem vitiorum decet, ut non modo probo, ingenuo & liberali sit animo, verum etiam esse habeatur. Deinde quantum interest inter picturam, in qua lumen, eminentia, umbræ ad imitationem naturæ collocata sunt, eamque, in qua nihil est ratione & mente provisum, nihil ex artis instituto positum, nulla colorum certa temperatio, ut in Gothicis, aut his, quas de vulgo faciunt pictores: tantundem in scriptione iudicat animus, quid bene, quid male sit, itaque aliis recreatur, aliis offenditur & fastidit. Ac vident pulchelli isti altero, non modo intelligentium mentes trahi, sed ignaras etiam artis, ut quia insitum sensibus & informatum a natura pulchritudinis iudicium est, appareat, istam differentiam in ipsa re esse, ut alterum probari debeat, alterum sperni. Quod si de picturis concedunt, si etiam de scriptione in scriba, tamquam opifice, ii cum hanc quam in aliis

aliis probant elegantiam, ab erudito abesse volunt, aut omnem ei elegantiam adimunt, aut eam in sordibus istis suis sitam esse autumant. Nam cum datum sit, in scriba admirationi esse scite scribere, ioculare est dicere, in erudito non esse. Si opprobrio est eruditis cum sectantur talem elegantiam, quæ eos a litteris abstrahit, cur fraudi sit, si operam ponunt in venuste scribendo, quod assidue agunt & tractant? Tantum dicam hoc loco, quam in erudito elegantiam requiram, ad eius laudem, nam non omnino eandem in eo atque in scriba. Non quo, si est, in eo damnem, sed quod esse vix potest. Munditiam autem in erudito non odiosam & exquisitam nimis requiro, sed ut luculentæ & inter se æquales sint litteræ aptaque earum figura, scriptio constans & pura, studium denique, ut ne quid legenti fastidio & cruci fiat. Jam ob quam causam sermonis usus datus est nobis, ob eandem causam scriptio est instituta, quæ si animi sensus cum voluptate cognoscentis explicat, pulchra sane est. Similiter æque multum interest, quo animo legentes atque quo audientes simus, qui si offendit & incurrit frequenter, tardior evadit ad intelligendum. Ego disertum audire, quam balbum, venustam scripturam legere malo, quam fœdam & inquinatam. Illa sane molestia ingenuam mentem non minus ad studium diserte scribendi commovere debet, quam cetera incommoda, quæ in inquinata scriptione regnant. Proditum est

memoriæ Medicorum aliquos scriptionis negligentia ad perniciem & interitum ægrotorum peccasse. De eo qui apium ita ambigua littera una scripserat, ut ægroto opium daretur, quo sumto perierit, nota est Jacobi Thomasii narratio. Quantæ turbæ ex JCtorum in scribendo negligentia excitari possint, multi maximo suo malo experti sunt. Est & hoc inter maxima damna referendum quod scripta quorundam, quæ male essent exarata, aut relicta perierunt, aut cum ederentur, operas exanimarunt. Spanhemii patris quædam scripta haud indigna editu, cum post mortem eius nemo legere posset, ad cordylas credo & piper damnari meruerunt. Idem accidit Eduardi Bernhardi lectionibus Academicis, quæ aut schedis reiectaneis, aut deformi litterarum genere perscriptæ perierunt. Prorsus contra Savilii voluntatem, qui lege decreverat, ut omnes professionis a se institutæ prælectiones pulchre & diserte perscriptæ in museum Savilianum perferrentur. Inter incommoda seculi Rolfinkium Jenensem Medicum Paravicinus retulit, adeo mirificum in scribendo artificem, ut cum *cubitum*, ut Plautus diceret, *longas litteras* scriberet, bigis opus haberet, quoties librum iustæ molis manu sua scriptum ad operas mitteret edendum. Genus scripturæ levidense & crasso filo, quod plerumque tamen Regum purpuræ applicari cernimus. Constat enim antiquissimis temporibus hanc scripturarum immensitatem

sitatem Regibus placuisse, ut in Constantini Copronymi, Irenes Ducænæ manibus a Montefalcone evulgatis aliorumque diplomatis observatum est. Quæ ratio scribendi hoc malum peperit, quod, cum vastiores rudioresque literarum ductus facillima imitatione exprimuntur, fraudum architectis ad supponendas signandasque Imperatorum nomine tabulas, adiumento esset. Andronicum Palæologum Pachymeres scripsit, ita Michaelis Imp. manum imitatum fuisse, ut pæne gnarissimos falleret. Denique quid possis pulchram scriptionem convitiari, quæ tota ad Geometriam pertinet & ex eius rationibus sic est instituta, ut proportionum præceptis & convenientia partium singularum talis evadat, qualem exigo? Quod post Vitalem, Josephus Moxo multique alii ita, ut nemo negare possit, ostenderunt. Ab hac ergo laude abhorrere eruditi viri studium iudicabimus? Nempe etiam ex Mathematicis nominare possum, quorum auctoritas *istorum oculos perstringat in acie.* Principem pono Hevelium non obscuro consensu populariorum; secundum eum Constantinum & Christianum Hugenios, usos manu, quæ inter celebres patrum memoria habebatur, omnes tres eadem. Leibnitius cum propositum esset, ut solebat in ceteris omnibus, seque aliosque vincebat. Ceterum memini me amicis probare Blæsingi nostri manum proxime accedere ad similitudinem eius scripturæ, qua Leibnitius utplurimum

mum usus fuit Joannes Kepler quoties atramento usus est non malo, scripsit venustissime. Leonhardi Christ. Sturmii manus diserta est, qualem exigo, subtristis tamen, ut lectorem excruciet memoria eius laboris, quem in scribendo ob rationem illarum litterarum, necessario maximum posuit; nec potest quin inquinatissima sit, cum paulo negligentius scripta est. Similis est Philip Jacobi Ochsenfteinii Ordinis S. Georgii Equitis & Mathematici Cæsarii. Quod aliter est in Petri Varignonis, Jacobi Hermanni & Davidis Algœveri manibus, quæ etiam cum squalent, suam lucem habent. Nec Ismaelis Bullialdi, Is. Newtonis, Nicolai Joannisque Bernulliorum, Edmundi Halleii & Christ. Wolfii manus indignæ sunt tam eminentibus Mathematicis. Vilelmi autem Whistonis litteræ, quamquam etiam hic ei contigit aliquid a Newtone trahere, nihil expediti & exercitati habent; multo autem minus Jo. Keillii & Rob. Nelsonis. Joannes denique Flamstedius litteris semicubitum longis & depravatissimis utitur.

IV. Si nunc auctoritates magnorum virorum obtendunt, qui male, ego contra haud aliqua re minores opponere istis possum, qui venustissime scripserunt. Quam vellem autem, ut in hac pompa etiam antiquissima tempora spectarentur. Sed de antiquis, si ingenuo & magno sumus animo, pæne oportet confiteri, nos deseri; sin subiniquo & callido sumus, possumus dicere

cere non liquere. M. Tullii manum extare ausi sunt dicere, quorum non fuit, sine fraude humanum genus etiam tali relinquere. Ne quid de aliorum ostentatione dicam, Thorunii accepi ceratas tabulas inveniri, quibus Ciceronem ferunt epistolas commisisse. De iis cum quærerem ex Joanne Sartorio, quid ei videretur, (professus enim summa cum laude in hac urbe erat elegantiores litteras) is in ea verba ad me scripsit: *Quod ad tabulas Thorunienses ceratas attinet, quis ita naris obesæ fuerit, ut ætatem Ciceronis sapere dicat? sunt omnino qui talia & jactant & credunt, sed nullo inter eruditos loco habendi: neque enim aut forma tabularum, qualis olim Romanis in usu, aut ratio complicandi tabulis hisce respondet; ut alias rationes iam præteream, quibus confirmor Romanas non esse, multo minus Ciceronis manu exaratas.* Librariorum istis moribus maior usus, præsertim Græcorum fuit, ut homines ingenui haud magnam diligentiam scribendo impenderent. Et tametsi Ciceronis, Virgilii, Augusti aliorumque manu scripta Plinii maioris & A. Gellii ætate extiterunt, tamen neque per tot secula, tot urbium incendia, tanta ipsius temporis edacitate (ut merito Franciscus Robortellus metuit) perdurare ad cognoscendum illorum manus potuerunt, neque de iis iudicium aliquod maiorum legere memini, quales fuerint. Modo idem de venusta scriptione maiorum iudicium fuerit atque nostrum

strum est, elaboratis nostro tempore supra modum & perpolitis litteris. Ciceronem perquam grandes litteras exarare fuisse solitum, suspicabar dudum ex quadam ejus ad Brutum epistola, nec me multum a mea sententia Aldus Manutius in quæsitis per epistolas dimovit, qui illa comparata cum Cœlii aliqua epistola, paginas alterius arctiores fuisse iudicat, ego vero Cœlii scriptionem minutiorem, quam Ciceronis. Utrumcunque sit, revocavit me Cicero alia ad Atticum epistola, quam se ob parsimoniam una pagella, licet longulam, comprehendisse scribit, & in alia, quam amet venustatem eo probavit, quod in Attico clarissimas & compositissimas litteras laudans, earum σύγχυσιν miratus, cognoscere se ex ea scribit, Atticum febri laborare. Si de Romanorum Græcorumque veterum scriptura ex nummis, quoniam æquales libri nulli supersunt, iudicium fieri convenit, dubia res est, videlicet quod aliqui nacti artificem, mirabiles sunt, veluti ille vexatissimus Antiochenorum nummus, quem Harduinus non minus ob faberrimas litteras, quam ob reliquæ cælaturæ summum artificium impense laudat, alii nihil his simile habent, in quibus sculptoris ingenium defuit.

V. Omnino tamen veteres Latinæ litteræ non illam lucem habent, quam in his cernimus quæ decursu seculorum & gentium usu lubidineque commutatæ, sub principio typographiæ tales evaserunt, qualibus hodie vtimur. Quibus autem

autem mutationibus & conversionibus ad hanc formam denique deflexerint, liquido cognovimus, posteaquam in primis Montefalconis & Mabillonis studio omnium seculorum ordo & ratio in scribendo explicata fuerunt. Post illa principia orti sunt scribendi magistri, inter quos facta talis discessio est, qualem ante eos ipsarum gentium studia instituerant, ducta ab antiquissimis a Romana scriptura aberrationibus. Nam cum grandiores litteræ nullo omnium gentium consensu, sed singularum lubidine & lente in hæc compendia mitterentur, factæ sunt denique dissentientes, cum aliis rationibus gentes uterentur aliæ. Germani usum earum, sicuti a monachis formatæ evaserant in libris populari lingua scriptis retinuerunt, retinebuntque opinor. Tametsi enim eminenti vir doctrina & dignitate, Latinas, quales Italis maxime institutas debemus, auctoritate & exemplo suo commendavit, tamen id miror eum, qui tam studiosus suæ gentis fuit, adeo levi impulsum ratione suasisse. Cum enim adiuvare se putavit Gallorum aut Anglorum studia, paucorum utique qui discere vellent, minimo obstaculo amoto nihilo secius refugituri: posteritati, si Italicis litteris adsuesceret, etiam Germanicarum discendarum fastidium, tanta librorum copia imposuit, quod istis ademit. Galli quidem pæne iisdem quibus Germani, hoc est suis, quales evaserant Monachorum opera, litteris usi etiam

Latinos

Latinos libros hisdem excuderant, ex quibus vidi Lugduni A. CIↃ IↃ LVIII. evulgatos Philippi Gualtheri Alexandreidos decem libros, ac postea tamen abrogarunt; sed opportune & ante multos annos nondum multis editis libris. Nec potuerunt tamen prohibere, quin patrum memoria ac credo etiam hodie pueri cogerentur æque Gallicas quam Latinas discere, ob usum scriptorum veterum & tabularum legumque, quæ iis perscriptæ fuerunt. Ita litteris per gentium studia variatis artifices accesserunt, qui quod suam quique gentem sequi & pulchrum censere videbant præceptis formarunt distertius, ut constaret secumq; conveniret elegantia. Hinc Itali, Germani, Hungari, Poloni, Sueci, Angli, Batavi, Galli, Hispani a se tanto magis dissenserunt. Borussi enim, ut linguam, (quod Chalcocondylas iam sciebat) ita litteras quoque a Germanis habemus, etiam Latinas. Hodie vero hac opportunitate portuum nostrorumque peregrinationibus, pæne omnium gentium manus admisimus. Exstant celebrium scribarum manus & præcepta ad exemplum luculento chalcographorum artificio elaborata. Joannem Clarkium, Carolum Snellium, Franciscum Schillerum nemo ignorat. Barbedor celebris inter Gallos nominis, fortassis antiquo scribarum genere editus fuit. Bartholomæus enim & Bacchius Barbedorii Græcos aliquos codices, ante annos centum & sexaginta in Italia scripserunt,

quos

quos Montefalco in catalogo scribarum memoravit. In Gallia societates talium scribarum sunt, in quas nemo nisi luculento artis suæ testimonio admittitur. Quod institutum nisi Germani sequentur, numquam aliquid laude dignum in hac arte elaborabunt. Fuerunt utique in exornanda manu sua omnium lentissimi. Noribergensium & Augustanorum studiis parum, ceterorum fere nihil effectum est. Possem hic diversitatem illam scripturarum ab ultima stirpe in singulis gentibus deducere, sed absterret me difficultas, quod rem tam minutam & ponendam sub oculis, orationis luce collustrare & magni ingenii & multiplicis variæque eruditionis est, nullus denique operæ fructus. Quia autem verisimile est eruditum, sive male, sive luculenter scribat, tenere gentis suæ rationem in scribendo, ibo per gentes nostri orbis & quæ de singularum doctis viris recordabor, enarrabo. Si omnes eruditi se præceptis scribarum sive Belgarum, sive Anglorum, sive Gallorum accommodarent, futurum puto, ut ex eorumdem præceptorum observatione non magna diversitas intercederet inter eos effetque non modo iucunda, sed etiam utilis talis eruditorum consensio. Quemadmodum videmus chalcographos, cum incidunt æri litteras, omnes certam rationem servare & cum in scribendo plerosque admodum ineptos esse, tum incidere tamen omnes eodem modo, ut eorum operæ scriptionis lux & cultio non minima tri-

tribuatur. Enimvero pauci eruditorum præcepta legemque suæ gentis seruant. Sive enim sordidissimam manum a malis scribis sine præcepto, sine observatione artis compositam eligunt, sive nullam certam, & veluti in re negligenda, undecunque arripiunt aliquas litteras, quæ deformata & inæquabili varietate in verba coeunt: sive cum in alia gente sint, ex altera manum adsciscunt.

VI. Equidem quam Angli & Galli elegantes sint, scio, tamen a Belgis scribis exordiar. His ergo palmam deferemus? nempe si ex præceptorum rationibus iudicamus. Nam cum ex summis legibus una esse debet, ne quam vim inter scribendum calamo & manui factam velimus esse, hac quidem regnant Batavi. Atque quantumvis elegantiæ multum habent Angli, tamen his etiam Germanos ferme illos præfero, qui simplici ratione contenti, nihil ineptiarum & ornamentorum litteris allinunt, nam Galli proximi sunt a Batavis, qui omnia supervacua præciderunt ad usum festinationemque scribentis. Batavi vero tametsi leporis & artis domi plus habent, tamen ex Gallia adsciscere malunt, ubi minus est, id, quo fiat judicio & sensu, videtis. Quod cum faciunt eruditi Batavi, quid habent, quod ad istam gentis suæ laudem accedat, in manu sua Almelovenus aut Perizonius? nam de Ulrici Huberi ineptissimis litteris vere Plautinum dici po-

potest: *has quidem gallina scripsit.* Quid vero fieri vultis de Jani Drusii manu?

Hanc quidem pol credo, nisi Sibylla legerit,
Interpretari alium posse neminem.

Tamen etiam atramentum negligebat, ut tanto secretior esset. Itaque Scaliger cum ab eo aliquando epistolam haberet, respondere non potuit, quia δυσανάγνωστος erat, ut ipse ait, rogavitque eum, ut filio ante καλλιγραφῆσαι traderet, quam ad se mitteret. Habemus tamen ex eruditis Batavis etiam in hac arte Roscios. Quis enim Relando & L. Bove fuit elegantior? Quantum defit ad compositissimam venustatem Rhenferdio? Nec male Samuel Pitiscus & prorsus ita diserte Jac. Gronovius, sed, ut, si cujusquam alius, ingenium eius maxime referat scriptura, quo vitio sublato cetera Grævius, quamquam Germanus, pene eadem usus est. Postremo N. Heinsii & Tib. Hemsterhusii manus tales memini videre, ut cum darent operam, nitidulis videantur usi. Nec Dan. Heinsii manus deformis fuit, talis prorsus qualis Turnebi. Burmanni autem quæ dudum bona fuit, festinando negligentissime & sordidissime est depravata.

VII. In Anglis scribis hoc offendit intelligentes, quod litteras ita formant, ut subtilissimos ductus iis locis collocent, quibus minime vellet calamus, contra vastiores sint ceteri. De eruditis Anglis inter nostros opinio est, eos ante alios huic elegantiæ studere & plane in ea singulares

esse & mirificos. Vidi quorundam Episcoporum manus & miratus sum iudicavique obtemperasse eos etiam in his iudicio & studio suæ gentis, quæ, quod venustum est, spectare in omni re solet. Doduellum in pueritia ob paupertatem fuisse non parando ad scribendum necessaria, usumque, ut se exerceret, chartis rejectaneis fuisse, in ejus vita legi. Scribebat diserte & advertens ad scripturam animum. Pulchra est Hudsonis, Jacobi Knighti, Thomæ Haywoodi, Sam. Parkeri, Petri Needhami scriptio, Scheuerelli autem elegantissima. Gallos Batavis iunxeram, de quorum doctis viris quid dicam? Sunt sane plurimi, quos vidi ornate scribere. Ponendus ante omnes Bernardus Monnoyus, qui non modo scripsit scite, sed ut ita scriberet etiam operam dedit, quamquam non Gallica, sed sua quadam manu usus diserta admodum & luculenta. Bignonem Abbatem, Huetium, Montefalconem, Dupinium, Paschalium, Quesnellum, Vincentium Thuillierum, Martinum Bouqueum, Antonium Augustinum Toutteum, Dionysium Samarthanum, Edmund. Marteneum, August. Calmetum, Julianum Garnierum, Joannem Martianayum plerosque ex S. Benedicti familia comtissime Latina scribere deprehendi. Joannes Clericus & Poiretus etiam cum indiligenter sunt, mirifici evadunt. Nec male Steph. Baluzius, Petr. Allixius, Jac. Basnagius, El. Benoistius, Malebranche & qui pæne iisdem litteris usus

usus fuit, Carteſius. Sarrauii manum Stephanus Lemonius in codice Antonii Eparchi, quem integrum deſcripſerat, vidit, eamque ut compoſitiſſimam laudavit in Variis Sacris. De Scaligeris teſtata res eſt. Joſephus autem Scaliger de G. Seguini chirographo mirifice conqueritur, & ſunt multæ aliæ manus eruditorum Gallorum, quæ nihil leporis aut lucis habent. Eo in primis pertinet genus litterarum inter Gallos, lepidum, minutum, longum ſeſquipede minus quam Epicuri corpuſcula, hamatum tamen, uncinatum & mirifice capreolatimque contortum. Euge, inquietis, litteras minutas & ineptas!

Qui quidem videat parum,
Nam qui ſatis videat, grandes ſatis ſunt.

Pingit minutulas litteras Salmaſius, quæ id incommodi habent, quod, qui legit, opus habet mirabili conjectandi artificio & exercitatione, ſed præ iſtis plenæ ſunt lucis. Iſtæ enim ita ſunt informatæ, ut plurium litterarum eadem ſit facies, aliquæ forma ſua ad noſtras accedant, longe tamen aliud ſignent, *id viſum*, *ut ne viſum ſiet*. Nemini auctor ſum earum legendarum, niſi ſacris rite operato aves conſultæ addixerunt. Tamen Germani quidam hisdem utuntur. Itali quoque quasdam litteras ſic informarunt, ut ambiguitate & caligine plena ſit ſcriptio. Eam Scaligerum in errorem duxiſſe, ut, quod legere ſe aliquando putabat, non legeret, Ludolfus alicubi animadvertit. Mihi idem contigit, cum

quiddam de chirographo Jac. Facciolati viri, quem merito suo inter summos ætatis nostræ oratores collocamus, describerem. Nomine enim Grævii legendo ita offendi, ut me præter fortunam juvare nulla salus posset Erat locus, quo e vicino lux nulla venire poterat, itaque solitarie positum nomen multis modis legebam. Accedebant amici duo, qui legere sibi videbantur posse atque cum ego duo suspicatus fuissem, isti diversa omnino quatuor, nondum quod erat, inveneramus, donec remisso animo & alio tempore in mentem veniret mihi. Ita porro inter aliquas litteras nullum discrimen intercedebat, ita littera una distortis & divaricatis apicibus quasi geminata cernebatur, ita præsertim diphthongi cum vicinis litteris magis, quam secum cohærebant. Ceterum munda scriptio, qualis etiam Gravinæ eloquentissimi viri est, in qua nihil adeo, quam magistrum culpes. Similiter Philippus a Turre luculenter scribebat atque ita dabat operam, ut disertus esset, ut, cum quasdam litteras paulo vastior ductus obscurasset, ille etiam alteris curis & certis signis apicum varietatem distingueret Sed Ciampinus etsi iisdem litteris institutus fuit, tamen culpa quadam sua ita inquinate scripsit, ut isti quam luculentissimis præ illo videantur usi. Magliabecchius mirum non est, si ita scripsit, ut in cæteris institutis vitæ illuviem præ se tulit. Dedit etiam operam, ut manus non inepta horridior evaderet, quam

quam crinis erat. Petrarcham cujus nomen tanta in celebritate est, notis ferunt usum nemini, præterquam sibi cognitis, multis eundem lituris deformasse, quæ scripserit, Muretus vidit. Itali alia admotione digitorum, nec sic ad scribendum apta & firma, difficilem rationem scribendi tenent, illique vastiores opportunis locis ductus elegans quiddam in elaborata scriptura habentes, perdunt id prorsus cum festinatione opus est & habet præterea nescio quid fractum & molle illa scriptio. Græcos juxta eum modum tribus duntaxat digitis primis nulla minimi & ceterorum digitorum substructione usos fuisse suspicor. (*) Ex Germanis aliqui manus ambas & bracchia mutilati, aut truncorum aut pedum opera ornate & expedite scripserunt; alii supra fidem minute, nonnulli utraque manu in scribendo uno & eodem versu utentes & sinistram a principio, dextram a fine admoventes sic celeriter & festive adversis & veluti infestis calamis tetenderunt, donec in medio commissis vocibus nullo signo talis scriptionis aut fœda vacillatione vastiorique litterarum commissura desinerent.

(*) Inductus Pauli cujusdam Sacerdotis, qui A. CIↃ IↃ IX. Menæum Colbertinum scripsit, sententia: Φύλαττε τριὰς τὰς ἐμὰς τρεῖς δακτύλας τὰς γεγραφότας τὴν δελτὸν ταύτην. Apud Montefalconem in Palæographia f. 238.

VIII. Inter Theologos Germanos A. H. Frankius non modo auctor est studiosis Theologiæ in libro aliquo, ut huic se tradant venustati, sed ipse scribere provecta ætate didicit. Cum antea tam eleganti manu non uteretur, nunc sic ex præceptis artis scribit, ut cum summis magistris comparari possit. Ob eandem elegantiam G. Vernsdorfium, J. G. Neumannum, J. C. Phaffium & J. G. Pritium commendari oportet. Nec male scribebat M. Lutherus, cum animum adverteret suntque manus æque ac ingentes virtutes ejus in sanctissimo sacrario bonæ mentis repositæ. Erat tum nondum elaborata scriptura & adhuc recens a sordibus priorum ætatum. Eadem tamen plerique Theologi istis meliorum temporum initiis sunt usi. Camerarius & Eralmus utique luculentiori, quam Lutherus, sed libera æque, hoc est tali quæ præ festinatione multas & obscuras litteras confunderet. Melanchtonis etiam manus obscurior & negligentior est. Ejusdem tamen manu notatum Homerum Vitebergæ vidi & Lutheri manu quædam ad sanctissimos Libros nostros adscripta, quæ miremini, ita, præsertim Græca, doctissime exarata sunt. At Buceri manus hoc habuit, quod haud scio an cujusquam alterius, ut ne ipse quidem legere posset, quæ scripserat, & Volfgangum Musculum scribæ loco adhiberet. Hulsemannus quidem non ita male, ne quidem ut Ittigius, at Dorscheus, Meisner & Calixtus etiam ele-

elegantes. Ex Theologis nostræ gentis M. G. Hanschius merito suo & hic memorandus & Mathematicis, quos supra dixi venuste scribere, accensendus est. Atque haud minimam eidem venustati operam dedit, vir beatissimus & de me bene meritus Michael Schreiber, in quo id fuit, quod Rutilius Numatianus dixit:

Nominibus certos credam decurrere mores,
Moribus an potius nomina certa dari?

Mene autem consummatissimi viri Joannis Jacobi Quantii oblivisci? cujus quam ad ceteras immortales laudes, etiam hæc in scribendo præstans ratio adjungenda sit, dicerem equidem, si ejus verecundia me loqui finerent. Quod me etiam commovit, ut ne in clarissimo Lilienthalio laudando operam ponerem. Christiani Goldbachii quem magno nostræ urbis dolore & damno aliis concessimus, manus non modo inter eruditos, sed scribas exercitatissimos exemplo esse possit. Nempe in hac ejus elegantia veluti in imagine quadam illam morum ejus integritatem & hanc ingenii lucem venustatemque incomparabilem, qui animadvertere ista solent, spectare sibi videntur. Inter Jurisconsultos Conringium turpem, at Pufendorfium, Strykium, Coccejum, Thomasium, Imhofium mirificos fuisse vidi. Dudum de antiquariis & statoribus bonarum litterarum dicere gestiebam, quos puto cum aliis de hac laude certare debere. Ezechielem Spanhemium ex notis ad Josephum

& aliis adversariis, quæ in eius bibliotheca extant, vidi ferme ut Salmasium, sed minus diserte scripsisse. Joannem Potterum cum Græca, tum Latina male. Contra eleganter Godof. Christ. Gœtzium, Godofredum Thomasium, Jacobum Stradam, L. Begerum, C Patinum, Fortunatum Licetum, Jo. Harduinum, ex eadem Societate Bartholomæum Germonem, Iosephum Turneminum, Stephanum Soucietum, Philip. Lallemantum & quem nuper extulimus amicissimum Schottum Hic etiam pingebat perquam scite & aeri incidebat, quod in Morello credo E. Bernhardum laudare, cum *manum elegantem boni Morelli* alicubi appellat. Digna sane res illorum studio. Nam ne dicam operas cum incidunt, sæpe quæ non intelligunt, minori accuratione & cura sculpere, ut Verburger nuper conquestus est; pingendo intentus animus, plerumque id animadvertit & deprehendit, quod, qui solum inspiciunt, non vident. Joannes Frischius, Vokerodus, Hieronymus Freyer, singularem concinnitatem ac venustatem habent. Bernegger autem, Freinshemius, Bosius, Cellarius, Ludolfus, parum sibi cedunt, sive elegantia, sive deformitate mannum. Hungarorum scriptio, veluti stataria est. Habeo Hungari opere & manu scripta, quæ scribæ cuidam persuadere vix potui, typis non esse, sed manu exscripta, ita multis argumentis pugnandum erat. Id quamvis laboriosum sit, tamen nescio quanta

quanta constantia a me observata in iis est, ut etiam cum festinant, a ratione probata & instituta non dissentiant. Eam rationem Joannes Sartorius castissime tenet, nec jacet hic P. Pater. Talis Buchneri quoque inter Germanos est. Alii tamen ab ea discesserunt atque a Polonis aliquid traxerunt, quibus, ut ingenium est, liberior & frequens calami lascivia in exstantioribus litteris placet. Idem Hispanis & Lusitanis probatur, sed grandiores & vastiores sunt ductus Polonorum, istorum graciliores. Et habent aliquas litteras Hispani, quas nisi exercitatus cognoscere nemo potest. Gratia tamen summa est Hispanicæ scripturæ & talis luculentia, ut etiam indiligenter quod scriptum est, videatur diserte esse. Ariæ Montani manum in magna sanctissimorum Librorum recensione typis imitati sunt; præter eam alterius cujusquam eruditi Hispani vidi nullam. Sueci ad Germanicarum similitudinem litterarum proxime accedunt, habent vero plerique nescio quid antiquum & obsoletum. Percensui gentes nulla eruditarum sequioris sexus injecta mentione. *An obsecro hercle* inquietis, *habent quoque gallinæ mamas?* Pax!

Cur inclementer dicitis lepidis litteris
Lepidis tabellis, lepida conscriptis manu?

Schurmannia sane ad omnem humanitatem & virtutem instituta etiam hic cedro digna elaboravit. Quam scite enim omnibus linguis docta fuit scribere? Sed quid ad hæc Helena Sibylla

Molleria ex Academicis Recuperatis (cujus pater J. C. Vagenſeilius perquam eleganter ſcripſerat) quid A. Tanaquilla? Ego hactenus judicavi ex iis, quæ ipſe vidi. Cum autem aliqui, qui feſtinantes male ſcribunt, ubi advertunt animum ſæpe etiam elegantiſſime poſſunt, aliæ etiam litteræ obſtinatæ & pertinaces ad feſtinationem ſunt, aliæ quo negligentiores perſcribuntur, tanto magis placent, poteſt fieri, ut ex paucis, quæ vidi, de aliquibus ſententiam non veram tulerim.

IX. Græci litteras ſuas æque ut Romani ſeculorum decurſu mutarunt. Hoc tamen intereſt, quod iſtæ ad præcepta artis & proportionum nondum ſic a noſtris elaboratæ, quam Romanæ ſunt. Antiquiſſimas manus in nummis & ſtatuis cernimus, tam antiquos enim libros habemus nullos. A quo tempore quibus converſionibus paulum litteræ immutatæ hanc formam acceperint, excuſſis tot ſuccedentium ſeculorum MSStis planiſſime conſtat. Autographa veterum nulla hodie habemus, ut nihil iudicare de eorum venuſtate poſſim. Iſti vero non minoris ea faciebant, quam nos hodie. Æquum enim erat; quia graviſſimo præjudicio caſtigatiſſime ſua quisque ſcripſiſſe credebatur, iſta præſertim ingeniorum accuratione. Ptolemæus ejusmodi theſauris bibliothecam Alexandrinam inſtruxit, Athenienſibusque difficillimo tempore opem non tulit ante, quam autographa Æſchyli, Sophoclis

phoclis & Euripidis tradidissent. Sic Pamphilus suam Origenis & aliorum Christianorum idiographis locupletavit. Proxima commendatio boni scribæ aut officinæ erat, quibus tamen adeo non fidebant, ut aliqui aut ipsi describerent, aut cum antiquissimis exemplaribus conferrent, quæ scripta fuerant ab aliis. Nam quos libros habebant

Autoris calamo sui notatos,

hos ante alios cedro dignos esse iudicabant: *Hæc illis*, ut ait Martialis, *pretium fecit litura.* Noti sunt ejusdem ad Pudentem versus:

Cogis me calamo manuque nostra
Emendare meos, Pudens, libellos.
O quam me nimium probas amasque,
Qui vis archetypas habere nugas.

Archetypas vocat, ad quas libri ceteri exigerentur, ut apud Gellium sunt Maronis & Tullii præstantissimæ editiones. Accidit tamen sæpe, ut errores auctorum scribis tribuerentur, sicuti hodie operis. In eo Martialis ita cavillatus est.

Non meus est error, nocuit librarius illis.

Eadem excusatione nonnemo qui J. Camerarii & aliorum eruditorum vitas scripsit, se gnaviter defendit. Itaque quod Camerarium cornicem una in signo gentis suæ usum fuisse prodens, in eo, ut in ceteris adversarium nactus esset, ignarus quo se verteret, de summa rerum virum amicum & argutum consuluit. Is ratus opinor, quod apud Herodotum est ἔνθα τε δεῖ ψευδῆ λέ-

λέγεσθαι, λεγέσθω, atque quod eum videret reliquorum culpam omnem in operas coniicere, ita eum instituit, ut se scripsisse diceret: Camerarium in signo gentis cornices tres in sigillis unam habuisse; ex quibus æquum erat credere, operas omissis quibusdam diversam ab opinione sua sententiam formasse. Hæc res ei bene cessit. Sed putavi me opportuno loco monere debere, me in litteris Camerarii autographis inveniisse, usum eum tum in signo tum in sigillo tribus cornicibus fuisse. (*) Attamen non dissimu-

(*) Epistola ita erat scripta: *Dignitate & doctrina prædito D. Laurentio Mollero Hildesbrunio. Etsi quod a te petitur eiusmodi esse iudicabam, ut ad honorem & existimationem meam pertinere videretur, & in eo tuum studium erga me singulare agnoscebam, tamen ut verum fatear, nescio quo pacto perversitatem animorum huius temporis considerans nonnihil a gratificatiuncula hac abhorrebam Ne tamen, si bene de me sentientis & faventis dignitati meæ refragarer voluntati, merito reprehenderer, has litteras obsignatas diligenti impressione signi aviti familiæ meæ ad te misi Cornices tres sunt nigellæ in albo spatio hiantibus rostris & exertis rubentibus ligulis. Has in clypeo ita pictas habuere maiores nostri. Supra autem impositæ sunt προτομίαι id est collum & rostrum apertum, corniciis pennis in cervice erigentibus se & cri-*

mulandum est, plerosque errores operis tribui debere, qui non modo facile peccare possunt, sed hoc magis peccant, quod recensendis corrigendisque iis tantum temporis raro relinquunt, quantum opus est. Atque sicunde quisquam manus suæ vitium cognoscere, ex operarum aberrationibus potest clarissime, qui, in quo frequenter impingunt, in eo ostendunt aliquod vitium manus eius fuisse, quæ scripserat. In officinis veteribus etiam emendabantur schedæ antequam in libros collatæ essent. Itaque multum intererat qua quisque liber officina prodiisset. Christianorum certa loca quibus perscriberentur sanctissimi Libri nostri, fuisse, ex Archelai cum Manete disputatione collegi. Quamquam id nullo docente suspicari facile poteram, tamen Laurentius Alexander Zacagnius fecit, ut ad illam Archelai auctoritatem animum curiosius attenderem. Ibi enim annotavit vir clarissimus aliquid, quod sive omnium opinione verum est, sive aliquid Italicorum errorum in insidiis habet, loco sane minime opportuno. Quid enim fieri potest iniquius, quam si Manichæos, homines sceleratos, quique sanctissimos libros profanarent, non modo

---

crispantibus. Hæc ad tuas litteras rescribenda duxi festinanter quidem, quæ a te cupio boni consuli & mi significari, si videatur, utrum Hamburgensis familia Molleriana sit in cognatione tua. Vale XIII. A. Ch. VIIIbr. Joach. Camerer.

do cum plebe nostra, probis sæpe & piis hominibus comparat, sed cum ceteris, qui in sanctiorem ordinem adsciti non sumus, universis? Quanto gravius Ioannes Chrysostomus eorum legendorum auctor est! Officinas autem tales fuisse facile damus, qualis Romæ fuit Atrecti:

Contra Cæsaris est forum taberna,
Scriptis postibus hinc & inde totis,
Omnes ut cito perlegas poetas.

Qualis Alexandriæ fuit ab Athanasio instituta, quales apud Ascetas Græcos hodie sunt teste Christophoro Angelo. Idem ex Gerontico Niconis constat, in quo scriptum invenitur: Μὴ γεάφωσιν οἱ ἐν τῇ ἐρήμῳ ὄντες καλλιγεάφοι τὰς βίβς καὶ λόγους τῶν πατέρων ἐν μεμβράναις, ἀλλ' ἐν χαρτίοις: *ne scribant Calligraphi qui in Eremis degunt, vitas & sermones patrum in membranis sed Chartis.* Scriptæ sunt igitur Vitæ Patrum ab Eremitis & forsitan etiam maximam partem fictæ. Equidem haud ægre adsentior Th. Smitho in vita Gravii arbitranti multos libros extare in monte Atho nondum a nostris visos aut editos. Præterquam enim, quod id Ioannes Comnenus idoneus testis confirmat, ex fatis Thesauri fidei Orthodoxæ colligo, cum Christiani Turcarum incursionibus infestarentur, multos libros in istum montem ex omnibus locis translatos fuisse. Eum enim Nicetæ manu scriptum & post eius mortem a Michaele Choniata Athenienſi Episcopo, deinde a Theodoro Scutariota

riota Cyzizeno conservatum, Cyzico a Turcis direpto, in Atho montem pertulerant Graeci. Inde furto credo ablatum Grœcus quidam venalem exposuit Parisiis. Vix emptorem nactus est liber propter deformitatem, ut a P. Morello proditum est. Menandrum Comicum ibidem conseruari, Grœcus aliquis Berglero adfirmavit, quod hic præfatione in Homerum testatur. Ac memini dicere virum amicissimum, se, si certo sciret, non dubitare eo proficisci & sperare fore, ut auctoritate Moldaviæ principis in eam rem uti posset. Gravius eodem ire instituit & Peirescius aliquem mittere. Officinarum & Monachorum scribarum festivum indicem Montefalco concinnavit. De recentibus autem MSS. Grœcis eorum librorum, qui editi sunt, monuit ingenue Alexander Helladius, pueros in scholis libros a Belgis & Anglis evulgatos describere, exercendæ manus causa. Itaque potest fieri, ut editis peiorem librum MS. accipiamus. In Berolinensi bibliotheca est Evangeliorum liber in membrana scriptus, plane conveniens cum Complutensi editione, ut aliqui etiam de Ravii fraude suspicentur, a quo emptus est magno pretio.

X. Postquam hæ litteræ usui erant accommodatissimæ factæ, peropportune typographia instituta eas retinuit, quamquam aliqui libri etiam grandioribus litteris in Italia sunt editi. Profligatis enim Græciæ rebus & excitatis in Italia litterarum studiis, multi scribæ Græci transmarini

ni

ni in Italiam fugerunt. Habuerant quidem Itali antea aliquos qui Græce scribere scirent, sed omnes hodie male audiunt. Celebris est ante alios Sedulius Scotus, de cuius opere & manu scriptis Montefalco multa dixit. Hic autem in codice, quem Sedulius scripserat, invenit Orphei & Sibyllarum quosdam versus & ratus editos saltem plerosque non esse, ex amicorum & sua sententia dignos luce iudicavit. Haud scio an quisquam annotaverit, quod comprehendi Sedulium hæc testimonia ad unum omnia & eodem ordine a Cæcilio Firmiano accepisse, ipsas denique notas Lactantii esse. Itaque vir eruditus longula ista commendatione supersedere debuerat. Contuli tamen cum Lactantio eumque singulis ferme versibus ex illis emendari posse sensi, ut operæ foret pretium, si quando denuo edetur, isthuc nequaquam negligere. Græcos scribas, qui sub principio typographiæ in Italia & Gallia fuerunt, Montefalco similiter recensuit. In illis Angelum Vergecium Cretensem, cuius manu annis triginta ab A. CIↃ IↃ XXXV. usque scriptos libros plurimos vidit. Huius quoq; manum proditum est, Parisienses in editionibus suis & Turnebum imitatos fuisse. Sed ne dicam in Latinis mihi inelegantem visum esse Turnebum, Græca omnium eorum, qui male, pessime scripsit, in iis quæ vidi. Itaque fieri potest, ut alias, cum ei curæ esset, melius scriberet. Nam H. Stephanus, quem etiam Vergecii & Turnebii litteris usum ferunt, in Græcis incom-

incomparabilis est, nec dissimilis sui in Latinis. Idem tam minutissime scribere potuit, ut quas Philippo Sidneo, quo familiariter usus est, dedit sententias, ita exaratæ essent, ut artificium ob exilitatem litterarum oculi non satis valerent æstimare. Eum si quisquam alius, B. Pictetus in Græcis scitissime imitatus est. Græcorum tamen manus iam a multis annis perquam difficiles evaserant, quod, ne cetera incommoda memorem, notis se & obscuris litterarum ductibus ad insaniam darent, in quibus vero sic elaborarunt, ut etiam aliquid venusti illa crux habeat. Vidi manum Cyrilli Lucaris in epistola ad Utebogardum. In Latinis concinnam servat munditiam, in Græcis etiam venustatem, sed quæ obscura evadit frequentibus compendiis scribendi & monocondyliis. De his Æmilii Porti librum manu auctoris scriptum Sponius habuit. Vix autem invenerunt scribæ nostri, quod in iis litteris emendarent, ita luculenta in antiquis editionibus exempla habemus. Cum enim ad elegantissimam quamque manum typi formarentur, ita evadebant, ut nihil supra. Batavi quidem auctoribus Galeo & Meibomio omnia compendia & notas ad exemplum Latinæ scriptionis abrogarunt, sed cum iisdem haud minimam venustatem. Hi sane qui Græca sciunt nullum fructum ex ea mutatione ferunt; qui non sciunt, etiam hoc malum, quod, cum ad MSS aut veteres editiones veniunt, ea mollitia fracti, abiicere malunt, quam pugnare.

Parisiis Vilelmus Gangneurus edito libro (*) Græcas litteras in artis præscripta misit haud infeliciter. Mirum est quam plerique eruditi Græca bene scripserunt, etiam qui Latina sordide, ut Bessario, Bembus, Manutii, F. Ursinus, Ios. Castalio. Muretus qui in quadam epistola scriptionis suæ deformitatem accusat, Latina non adeo male scripsit, Græca etiam eleganter. Gedani enim ante quatuor annos habui eius Catullum, ad quem passim emendationes annotaverat, adscripseratque *ex libris M. Antonii Mureti* esse, atque hanc notabilem sententiam : Σιγᾶν καὶ προσποιεῖσθαι, ἄριστα ταῦτα τῶν φρενῶν. Angelum Politianum docta quidem, sed non eleganti manu scripsisse Montefalco ait. Idem de Iani Parrhasii manu, qui Demetrii Chalcocondylæ gener fuit, & cuius manuscripta Neapoli a Mabillone & Montefalcone sunt visa, proditum est. Sed de Leone Allatio Mabilloni Ioannes Pastricius Romæ narravit, eum uno calamo ad scribendum Græce quadraginta annis usum expeditissime hoc est, ut ego interpretor, diserte scripsisse. De eodem Mabillo retulit, eum librum quem satis grandem mutuo acceperat, una nocte descripsisse. Romæ a multo tempore calligraphi Græci describendis iis operam collocarunt, quæ in Vaticano cum

(*) *Calligraphie ou belle Ecriture de la lettre Greque par Guillaume Legangneur Angeuin Secretaire ordinaire de la Chambre du Roy. fol.*

cum tineis & blattis conflictantur. Digna erudito viro opera, quod reliquum est, veluti tabulam e naufragio servare. Hoc studio incensi a multo tempore eruditi sunt, maxime tamen olim erant, cum tam caro venderentur, quæ scripta erant, quam Ioannes Alerienſis Episcopus notabili testimonio memoriæ prodidit. Poggius sane manu sua scriptum Livium centum & viginti coronatis vendidit, quem Antonius Peccatellus ut emeret, prædium proscripsit suum. Igitur opinor a principibus Romanis impetravit Poggius, ut cum Bartholomæo de Monte Politiano ad Germanos mitteretur, ex quorum bibliothecis & monasteriis libros conquireret. Atque cum invadendi Germanos studium Emmanuel Chrysoloras suo exemplo excitasset, frequentes impressiones sunt factæ. Poggius sex & decem auctores sive descripsit, sive abstulit. Id secundum Krausium, Io. Baptista Recanatus non ita pridem erudite narravit. Similiter Germani & ceteri, itineribus in Italiam institutis, fortiter atque ingenue se spoliis earum bibliothecarum exornarunt. Iis Is. Vossius suam instruxit, iisdem I. Gronovius magnum sibi nomen peperit. Ingrata quidem huius Græca manus est oculis, sed perquam diserta, nec sine præceptis, litteræ grandes, probæ & veluti sine fraude, qualibet sola & sine societate coniunctioneque, tali ratione, quali Latinas formavit. Iste demum verus itinerum fructus est, cum illorum studio multi

auctores asserti sunt luci, quos aliter perituros fuisse arbitror. Memoria teneo Manutium scribere multos libros extare, quos intercidisse hodie credimus. Aliquorum librorum exemplaria antiqua omnia interierunt, qui hodie in solis eruditorum apographis vivunt. Ita accidit Commodiano, ita præsertim paraphrasi Epicteti Græcæ, quam ex codice Sionensis Collegii descriptam nactus fuerat Mericus Casaubonus & denuo transscripserat. Non enim modo apographum Merico periit, sed ipsum codicem una intercidisse, ab amico postea cognovit. Scribit is ut Isaacius pater perbelle Græca. Nec Iacobi Toilii, Holstenii, Tenullii, Mabillonis, Montefalconis, Olearii, Christoph. Volfii, aut, si fas est in alio genere versantem nominare, Herbelotii aliorumque itinera isto fructu caruerunt. Eorum manus minime ignotæ sunt mihi. G. Olearii neque elegans neque sordida, sed accommodata ad festinationem scribentis est. Nulla potest fieri similior, quam Ludolphi Kusteri est, præterquam quod hæc disertior in Latinis, sic tamen, ut vicissim in Græcis iaceat cum L. Bovis manu comparata, quamquam hic nimia litterarum segregatione oculos eorum offendit, qui adsueti sunt veterum ductibus & compendiis. In Suida Cantabrigiensi Martinus Sylvester Grabius noster Usserii & Bentleii manum ita similem vidisse se mihi dixit, ut nullo signo, nisi atramento discernere utramque posset & quod Usse-

rius

rius pluribus compendiis usus esset Quin I. I. Scaligerum ante omnes nominavi? Vidi versus & Psalmos Græcos ad quorum duos (*) annotaverat sibi a Christiano Florente surreptos fuisse & pro suis editos. O elegantem & mirabilem manum! Vicit hac laude patrem, quamquam de eo ad Casaubonum scribit, Græca tam eleganter tam æquabili littera exarasse, tamquam a Græco non a Latino scripta essent. Ut is patrem laudavit, ita sane dignum præconem nactus C. S. Schurzfleischium. Huius tamen manu, sive Græca sive Latina scriberet, quæ fuit fœdior? Ad libros suos commentantem a summa pagina exorsum transverso margine measse multoque inferius desiisse accepi, quam instituerat lineam. Eodem, ut apparet, magistro usus frater, longe compositior est & quiddam modestiæ ingeniique scriptura notat. Alter qui Scaligerum non multum Schurzfleischio maior scribendi artifex laudat D. Heinsius, Grotius & Salmasius in Græcis pariter atque Latinis non admodum pulchri sunt. Dacier Græca & Latina bene, sed habet aliquid molestiæ eius in scribendo libertas. Nulla vero in Græcis propius ad similitudinem Scaligeri accedit, quam Antonii Guerneri Cunonis Brunsuicensis manus, qua quædam habeo ad Curcellæanam N. T. editionem mirifice scripta. In eadem, qua

(*) Ad Psalmum VI. & XXIV. primæ edit. Buchanani.

is laude I. Caselius erat, quod in ductibus & compendiorum artificio uterque singularis esset. Ericius Puteanus, Richardus Bentleius, Schurmannia nihil invicem concedunt. Bergleri familiaris nostri Græcam manum commemorare lubet, non quo magnopere laudem, quæ, non ignorant plurimi, quam proba sit, sed ut de Genesio ab eo descripto hoc dicam, quod A. Bosius, qui bis istum descripsit & nitide sane, tamen aliquibus locis nullam lucem adferre homini & per se & scribæ culpa obscuro potuit. Bergler ubique pervicit, sed pro summa animi æquitate & modestia confessus mihi est, sibi Bosium tanto adiumento fuisse, ut de aliquibus locis desperaret, nisi is præivisset. Itaque commonebat me tum, quod facile intelligebam, fortunam aliquam in describendis MSS regnare, atque de quo dubitat alius, id alteri sæpe clarissimum esse, sibi ipsi etiam alias, quod dudum obscurissimum fuerat.

XI. Quanti nunc dicam fieri debere scripta eruditorum manu? Quanti opinor Argus fragmentum de quo Martialis dixit:

Sanctior est salva parva tabella rate.

Fuerunt nonnulli tali vanitate, ut magnos viros litteris lacesserent, quo illorum manu aliquid scriptum haberent. Id Mart. Luthero frequenter accidit, qui ideo ad Hirsfelderum quendam, qui idem sollicite rogaverat, litteras perbreves quas in Berolinensi bibliotheca vidi, misit tali epiphonemate: *Manum meam petisti, ecce manum*

num meam habes, Martinus Lutherus. Pyrrhi Ligorii expositarum antiquitatum sex volumina Emmanuel Sabaudiæ dux octo & decem millibus ducatorum emit. Vilelmi autem Budæi manum ita Turnebus in Adversariis tollit, ut se dicat si quando manum eius in aliquo loco cognoscat, quod ludens scripserit, aliorum seriis scriptis longe anteponere. Tamen eam spurcam fuisse ex duobus festivissimis locis intelligo, quæ ex epistolis Budæi & Erasmi attulit Crenius, cuius etiam manus non quidem ob præscriptorum & artis rationem, sed ob scribentis studium perquam grata luce splendescit. Quod autem de Budæi consuetudine Turnebus dicit, idem plerique eruditi in usu habuerunt. Salmasius & Menagius, qui ab adversariis & collectaneis abhorrebant, librorum marginibus sunt pro adversariis usi, ut ad eos quæ singularia cognoverant, notarent. A Græcis accepimus scholia ita facta: & quis est eruditorum, cuius non in aliquo libro manus seruetur? Grotius ad coronidem libri notabat, similiter Rigaltius, cuius litteræ elaboratæ sunt & planissimæ. Rittershusii in Arsenii apophthegmata veterum notas Lipsiæ mihi ostendit Gœtzius, scriptas minutulis, attamen vastioribus litteris, ut prorsus Schœtgeno credam, typographos eius manu offendentes, quædam perperam edidisse. Ignari homines fœdari putant libros eruditi alicuius notis; scio enim litem pæne erudito viro intentatam fuisse, quod ad mar-

ginem alieni libri commentatus fuerat. Alii vero ſtulta magnorum nominum imitatione libros fœdiſſime ſententiis ex triuio & undecunque arreptis commaculant. Illorum, qui ad libros alialiqua annotarunt, optavi dudum, ut ſingularis index ederetur, qui eſſent, quibusve locis exſtarent, quod adhuc mihi perſuadeo non ſine fructu futurum. His ſane inſtruendæ ſunt publicæ bibliothecæ, his multo evadunt celebriores, quam omni reliqua pompa. Soliti ſunt eruditi quidam libris, quos dono darent amicis, manu ſua monimentum quoddam imprimere amicitiæ & fidei ſuæ, ex quo eorum manus quoque pernoſcuntur. Id mirabiliter D. Heinſius voce & cantu concelebravit, cum Taubmannus paulo ante mortem ad ſe Plautum tali cum nota fidei ſuæ miſiſſet:

Qualis mœſta parens cum iam ſuprema minatur
Atropos & vergit non reditura dies;
Exiguum charæ munus dat & oſcula natæ,
Atque ait: hoc noſtri pignus amoris habe.
Illa datum ſervat matremque agnoſcit in illo,
Et matris, parvum ſit licet, inſtar habet.
Non aliter ſævi Taubmanne in limine fati,
Cum premeret ſacrum mors inimica caput.
Inſcriptum noſtro miſiſti nomine vatem,
Qui tibi deliciæ, qui comes usque fuit:
Qui tibi longævam ventura in ſecula vitam,
Nec leve poſt cineres nomen habere dedit.
Agnovi dulcemque manum ductuque labantes,
Qui puto iam dextræ deficientis erant.

Hæc

Hæc quoties ſpecto toties Taubmannus in illis
Spirat & ante oculos ceu redivivus adeſt.
Sæpe etiam lacrymæ mœſto labuntur ab ore
Et ſubeunt animo mors pietasque meo.
Et ſubit iſta fides.

Antiquum dedicandorum librorum officium, ac ne dicam ab aliis iam occupata, multis & graviſſimis argumentis mihi perſvaſi, epiſtolam Ioannis primam talem dedicationem Evangelii, deinde ſeparatam & ſolo loco repoſitam fuiſſe ab iis, qui Evangelia coniunctim nulla epiſtola intercedente exſtare voluerunt. Hoc in Ieremia etiam accidit. Nam præfationem & argumentum Threnorum librarii ſeiunxerunt, ut reiectum ad alterum volumen eius ultimum caput hodie eſſet. De epiſtolis, aut libris & reliquis autographis eruditorum, nemo dubitabit, maximi æſtimanda eſſe. Eſt enim utique ſumma cura providendum, ut ne minima quidem monimenta ſublimium ingeniorum pereant. Sed de edendis epiſtolis numquam magnopere aſſenſi, putavi enim eas reponi debere ad vitas doctorum virorum ſcribendas, quas utinam haberemus tanta perſcriptas diligentia, quantam illorum in publicam rem ſtudia meruerunt. Manus eruditas conſervandi cauſa præclarum inventum Germanorum eſt, de quo popularis noſter luculento commentario dixit. Philothecarum enim etſi varius & multiplex uſus eſt, tamen hunc puto præſtantem & eximium eſſe, quod in iis exempla manuum con-

servantur, quibus ad cognoscendas, si quæ sunt incertæ, utamur. Sæpe enim accidit, ut, cum hoc ignoraretur, eruditi viri sine auctoris nomine, quæ invenerunt, ederent. Cellario atque Carpzovio viris in omni genere studiorum clarissimis etiam lepidius aliquid accidit, quod, cum hic Silium manu eruditi viri notatum haberet, is autem ederet, uterque suspicaretur N. Heinsii notas esse, quas Drakenborgius ostendit Scaligeri fuisse. Est in recenti memoria Bibliopolorum Roterodamensium & Genevensium bellum ob Bælii lexicon, quod cum utrique soli edere vellent, qui iuste aut iniuria faceret, pugnatum est. Reliquerat enim Bælius multa sua manu ad Lexicon notata, quæ cum ceteris manu eius scriptis in Bohemi & Iasp. Fritschii Roterodamensium bibliopolarum manum pervenerunt. Ergo cum Lexicon Prosperi Marchandi opera usi ederent, idemque Genevenses facerent, illi adversus hos tamquam latrones aciem instruebant. Hi se in decimo tomo Historiæ Criticæ Massonianæ acriter vindicabant. Sed Marchandus in Ephemeridibus Hagensibus alia incedens via, omnium Roterodamensium Sacerdotum testimonio confirmavit Bælii manum ab se cognitam nihilque malæ fraudis in hac editione subesse. Quod religiosorum virorum testimonium facile omnes eruditos ita cepit, ut tametsi Genevenses rursum in istis Ephemeridibus Marchandum hominem in-

indoctum, duri oris & frontis esse vociferati sunt, tamen nemo iam de eius fide dubitare ausit. Denique eo valebit hæc cognoscendi manus exercitatio, ut, si qui fabricare fraudem constituerint, cognosci id ab intelligentibus possit. Id vivo Lipsio accidit, qui se admodum festive manus suæ deformitate munivit. Nescio tamen num cuiquam hoc ita acciderit, ut Luthero, cuius manu fœdissimam sententiam scriptam se habere Romani dicere sunt ausi. Sed memoriæ teneo illustrem popularem narrare mihi, doctissimum bibliothecarium cum sibi eum ostenderet, ingenue confessum suorum vanitatem esse, eademque, quæ totum librum scripserat, manu, hoc est vetustiori exaratam illam sententiam esse, ostendisse. Vidi M. Antonii Flaminii in librum Psalmorum explanationes, cui nonnemo Lutheri nomine subscripserat: *Denuo eundem curriculum currit A. CIↃ IↃ XXIX* Attamen is, liber cui hæc inscripta erant, ab A. Manutio triginta & quinque annis postea editus fuerat.

XII. Non erit longum per omnem Asiam Africamque cogitatione ire, earumque gentium de eleganti scriptione sententiam (quoniam hanc rem semel censuimus totius orbis terrarum iudicio dignam esse) ad fulciendam causam nostram explorare. Nihil dicam odiose, nihil ambitiose; iacemus cum his collati: nisi cum artifices nostri ad legem artis suæ istorum litteras examinant ac comparatione proportioneque alterius litteræ

ad

ad alteram ipsiusque constructionis ratione cum his scitis præceptis nostris collata, sententiam secundum nostros dicunt, stare nobis videmur posse. Id sinam cadere, ut volet; quod autem animo informarunt isti populi pulchrum & elegans esse, hoc adfirmo in scriptione eorum inveniri. De Syris tamen non dissimulo, pleraque, quæ vidi, non ita nitidula fuisse, quod mirum non est in gente inope & sub barbarorum imperio ad vitam sustentandam non ad hæc studia animum applicante. Præterea magna gentis pars insatiabili avaritia, si quas opes parat, ad voluptatem harum sordium, non ad ornamentum& usum vitæ confert. In epistolis Mosis Mardeni, quæ idiographæ in Berolinensi bibliotheca exstant, passim Masius hominis istius avaritiam ad marginem pingit & colorat. Scribit Moses minutulas litteras & atramento supra modum pallenti utitur, quali etiam Masius, qui neque in Syriacis magistrum nitore neque in ceteris superat. Epistolæ Mosis una cum ceteris ipsius Masii in bibliothecam Berolinensem venerunt, ex qua A. Mullerus unam Mosis & alteram Masii edidit, sed ut multis locis emendari debeat atque ut dolendum sit, eum ceteras, quæ multo digniores editu sunt, reliquisse. Moses autem cum in Germania esset, multa descripsit amicis, quantum ex epistolis cognovi. In una narrat Masio (*) se Maximilia-

no

(*) Eius hæc verba sunt, quæ quia Syriacas litteras

non

no Bohemiæ Regi Evangeliorum librum sua manu scriptum obtulisse, qui ei maximas gratias egerit. Hoc est Regi exprobrare, quod nummos non dedit, ut facit alia epistola, ad quam tamen Masius annotavit, quam ingrate munificentissimi Principis merita calumnietur. Scripsit Nestorianis litteris, quibus nos hodie utimur in libris. Erat enim ex Mesopotamia, in qua usus istarum est litterarum. Quo Babylone propius absunt Syri, maioribus utuntur, quas *Estrangelo* vocant, ut accepi a Salomone *Al Saadi* sive Negri Damasceno, cuius elegantissima manu scriptam habeo Grammaticam Syriacam, quam Romæ olim edere voluerat. Latine Moses inquinate, Niger tam nitide scribebat, quam loquebatur, ut in Europa non Syria natum diceres. Habeo enim partem vitæ eius & vidi manu eius perquam eleganter scriptam orationem, quam Romæ habuit, cum in

---

non habent operæ, Ebraicis edam דע או אחי דאנא
כתבית לאונגליון על ורקא דמשכא
כתיבתא שפירתא super carta bergameno
עם דהבא וסאמא וקרבתה למלכא
והדי בה סני ויהב לי אידה איך עידא
דגרמאניא *Scito o mi frater, quod ego descripserim Evangelium super pergameno, pulcherrima scriptura cum auro & argento & attuli eum (librum) ad Regem qui delectatus eo multum, dedit mihi manum, ut mos Germanis est.*

in Gymnasio munus docendi auspicaretur, descripsique, non modo quod eam a Venetis magnopere commendari sciebam, (*) sed etiam, quod dignam iudicabam, quam haberem. Præter eos, qui ad Babylonem colunt Syros, etiam Christiani S. Ioannis seu Mendæi, (reliquiæ Manichæorum ut ostendam in meo de illis libro) litteris istis maioribus utuntur. Etiam Indos Christianos istis uti, apparuit non ita pridem ex epistola eorum, quæ in Caroli Schafii manus venit. Quamquam vero Syri aliqui inquinatissime scribunt tamen Halæ legi Ordinem baptismi secundum ritum Chaldæorum quem Gaspar de Malavar Indus, servus olim, deinde familiaris & diaconus Haaman Ignatii Patriarchæ Iacobitarum & præceptor linguæ Chaldææ & Arabicæ in Collegio Neophytarum

(*) *Diarii Tom VI. p 532. A. cIↃ IↃ CCXI. Il di primo di Giugno il Sig. Salomon Negri di Damasco, celebre Professore delle lingue Orientali, fece in questa Sapienza la sua Prelezione inaugurale per la cattedra di Lingua Siriaca conferitagli da sua Santità oltre a quella dell' Arabica, che ha nel Collegio di Propaganda. Il soggetto, che fu de præstantia & utilitate linguæ Siriacæ, è stato maneggiato con applauso del suo dottissimo e sceltissimo uditorio, si in riguardo alla propietà della eloquenza Latina, come alla copia dell' erudizione portata con tutto il giudizio. Si attende la medesima prelezione in istampa insieme con l' ultima Smelia di Nostro Signore, translata dal Sig. Negri ne' due linguaggi Arabo e Siriaco.*

rum iussu Iulii Antonii Sanctorii S. Bartholomæi in Iusula Presbyteri Cardinalis descripserat A. CIↃ IC LXXX. Erat plane is Ordo, quem Guido Fabricius Boderianus Antverpiæ ediderat & qui paucis locis differens ab edito scriptus in charta bombycina A. Seleucidarum CIↃ IↃCCC XVIII. Lipsiæ exstat. Hic non male exaratus est, auctorem præferens Severum Alexandrinum, interpretem autem Iacobum Edessenum, (quæ nomina erasa sunt in Halensi codice, relicto ambitioso titulo, a D. N. I. C traditum hunc baptizandi Ordinem & conservatum in ecclesia fuisse) hic autem liber prorsus eximia est litterarum venustate. Nihil tamen ad alterum codicem Lipsiensem qui olim ab Augusto Sinzendorfio legato Imp. Romani ad Turcas CoPli allatus deinde ad Vagensei-lium (*) pervenit estque Officium Paschale Maronitarum plenum Ephraimi, Iacobi Edesseni aliorumque ferventissimis precibus. Fidem superat, tam admirabilis est elegantia scriptionis, tanta ratio, tanta æquabilitas maximarum litterarum. Atramentum similiter est ambitiose & eleganter temperatum, sed id tamen ei accidit, quod in codicibus bombycinis omnibus Montefalco animadvertit, ut, qui liquidus erat humor chartam permearet, crassiorque remanens rimas ageret, ac quibus locis non ita vastæ litteræ erant, atramentum charta imbiberet relicto flavo colore.

XIII.

(*) *Ut ex titulo eius MSti constat. Nam ego in meo de Eclipsi Sinica libro, nimium aliquibus locis fidens, quibus me errores Iacobitarum invenisse suspicabar, Iacobitarum esse, male posui.*

XIII. Latius patuit usus earum litterarum, antequam Arabes rerum potiti instituta leges & mores Asiaticorum populorum turbarunt. Quacunque enim superstitionis istius pestis serpsit, eodem etiam litteræ pervaserunt, abrogatis veteribus illarum gentium scripturis. Præ suis enim omnes alias contemnunt, sicuti ipsam linguam præferunt ceteris omnibus. Azizus Tschariianus in libro, quem inscripsit de universa lingua Arabica (quem etiam ideo commemorari a me oportebat, quod eum inter elegantissimos merito censet Lipsiensis bibliotheca tam eleganter Arabice & Persice scriptum, ut nihil supra) is igitur Azizus in præfatione (*) Deum scribit tantum voluisse interesse inter Arabicam & ceteras linguas, quantum inter Coranum & reliquos libros omnes. *Euge euge euscheme hercle & dulice & comœdice.* Id tamen nemini videbitur, qui Arabes loquentes audivit, præ quibus Indorum non modo vocem, sed etiam vultum pueri ferre quietius possint. Turcæ sane, quod ab Arabe ipso accepi, lusui exponere illam linguam solent. Arabem enim adhibent, cum volupe est ridere & ludere, cuius loquentis tonitrua & fulmina sibilis & lacrymis, præ risu effusis prosequuntur, tam mollis & delicata Turcica lingua videtur præ

(*) אלחמד ללרחמן אלדי פצרנא עלי גמיע
אלאלשנרת לשאני אלערב כמא פצרנא
אלכתאב אלמנזל ברחמן עלי שאיר אלכתאבי

præ Arabica. Isti tamen tam basilice. Sed reprimo me, humanum peccatum est, quæ ipsi sequamur aut teneamus, ante alia habere, mirari, tollere in cœlum laudibus. Equidem tanto facilius condono Arabibus, cum litteras suas laudant. In quo tamen nihil vident, quod, cum antiquas Cuficas abrogarunt, saltem eo ostenderunt, quondam non omnia in pestilenti libro consummata fuisse, cum ad eius magnificentiam præcipuum deesset, litterarum nitor. Illæ enim veteres litteræ, quæ in Califarum nummis perquam multis & libris quibusdam a me sunt visæ, cum ad Syriacas proxime accedunt, tum habent etiam rude & agreste quidpiam. At ille bliteus trifurcifer, cum ad instituendum humanum genus de cœlo lapsus vellet videri, omnem elegantiam quæ ad humanitatem pertinet, contemnebat. Dignus qui proverbium, quod supra exturbavi, quantum in me fuit, & ex hominum oribus eieci, confirmaret suo iudicio. Memini enim mihi dicere Salomonem Damascenum, sententiam eius ferri (*) *Omnes scribas ignaros & indoctos esse.* Eiusdem etiam ista sententia fuit. (**) *Omnes veræ religionis assectas, cetera ignarissimos esse.* O vocem non homine, sed illo trunco dignam! Itaque si modo scribere potuit, quam elegans & nitidula illa manus fuerit, po-

U teri-

(*) כל כאתב גאהל

(**) כירכם פי אלאמנה הם אלגהלת

teritis ex isto dicto suspicari. Exstare tamen & ferri eius manum inter Arabes Tenzelius annotavit, quod Christianis bene evenit, quibus inter illos similis fraus saluti est. Mahumetis enim manu scripta privilegia barbarorum furori obiiciunt, quale illud est testamentum, quod in Europa etiam Arabice editum exstat. Trecentis post Mahumetem annis Eben Mutah & secundum eum Eben Buveh, litterarum elegantiæ consuluerunt, a quo tempore perquam elaboratæ summum nitorem sunt consecutæ. Quamcunque Arabes in hoc genere facultatem habent, ad Coranum scribendum conferunt. Multa sunt exemplaria in Europa, quorum nitore & magnificentia oculi hebescunt. Ne ludo quidem ulli & ingenii invento in eo ornando parcunt. Habemus in Vallerodiana bibliotheca minutæ & octangulari pixydi commissum exemplar nitide scriptum, ut non solum Homerum e narthece prodiisse, dicere debeamus. Sunt autem in compendiis Nomocanonum, quæ inspexi, ac nisi me memoria fallit, in ipsa Suna tituli, de præceptis & institutis, quæ in scribendo observari oportet. Est Lipsiæ liber primus Iacobi filii Seidi Ali, quem inscripsit de via regia ad salutem, (*) in quo diserte septimo capite agitur de cura & attenten-

(*) Quia Arabicis litteris caret typographia, hæc, ut cetera, Ebraicis apponere sinam מרשד אלאנאם אי דאר אלשלאם

tentione in scribendo Corano (*) Si tam luculento titulo minime dignas tales ineptias indicatis, miraremini, si cetera eius libri, sane, ut sunt barbari, erudite scripti cognosceretis. Hanc curam in scribendo libro facile intelligitis ex ista adversus eum pietate provenire, qua nulla potest maior esse. In nonnullis libris, qui tumultuarie cetera sunt scripti, si qua verba ex illo intervenium, sine luce scriptionis non abeunt. Eum ridebitis æque, quam ego risi, qui cum locum aliquem ex illo libro in auctoritatem adhibuisset, sic exclamat in Berolinensi aliquo codice. (**)

Verax est propheta omnium temporum illustrissimus,

Super quo sit benedictio dei & salus.

Quam ridet charta, dum sic plorant calami!

Scripsit in laudem calamorum Mahometes Berrhoensis, qui Lugduni servatur. Digni ut laudentur, quibus tot scribæ vitam debent. Caro enim emuntur libri & cum scribæ celebres ob manus elegantiam magno in honore & celebratione sunt, ideo nomina adscribere solent, tanto ut cariores veniant. Illo pretio elaborant, ut non modo, quam elegantes sint, sed quam accurati etiam, eoque non piget eos, si quem errorem

(*) פי אואב כתאבת אלמצחף

(**) צרק אלנבי אשרף אלאימם
עלית אלצלאת ואלשלאם
מצח צחכת זקארטאש כנכה אלאקלאם

inveniunt, integra folia discerpere. In libris tamen obscuri argumenti, quibus intelligendis sæpe laborant, magis doctam, quam venustam manum Arabes amant. Vidi Turcicas institutiones de scribendis epistolis charactere Divani scriptas, quibus ad interius involucrum Calligraphus CPlitanus inscripserat quatuor voces (*) vastiostioribus litteris, ut nihil artificiosius fieri possit, ita admirabili calami obsequio, ita æquabilibus ductibus hæc scripta erant. Salomo Niger, qui ab isto institutus in scribendo fuerat, pro iis quatuor unciales magistro dedit. Itaque vel ex eo potestis cognoscere, quantis sumtibus bibliothecæ instruantur. Tamen quod maxima gloria inter eos est, diutius conservari memoriam beneficiorum, tum multa alia moliuntur ad æternitatem, tum bibliothecarum constructiones. Eiusmodi bibliothecam Budæ instituerat Scheich Seliman Effendi, ex qua superiori (**) bello expilata multi libri in Europam venerunt, quorum multos passim in Germania vidi, ipseque unum omnium, quos ex ea bibliotheca vidi, elegantissimum de capitibus quibusdam Mahumetanæ religionis scriptum A. H. CIↃ II. iussu hnjus Selimanis possideo. Ut maiores sumptus fiant, scribarum dolo fieri solet, qualem Clenardus prodidit, quod raro integros libros scribunt, ut alterum,

(*) ען עשי עילרח אלשלאם

(**) A. CIƃ IↃC LXXXVI.

terum, quod deest, tanto carius perscribant. Eo fit, ut tam mutili in Europa sint libri, non isti solum, quos ex rapinis habemus, sed ceteri etiam, quos scimus maxima vi pecuniæ ex Asia comparatos fuisse. In exornandis libris similiter nullis parcunt sumtibus, ne quid auri, aut ne chartæ dentatæ nitor desideretur & præcipue atramentum, ut quam temperatum sit. Conficiunt enim ex galla, gummi Arabico, myrrha, foliis myrti & calcantho (*) Cyprio, quod optimum est. Quæ cum isti tam artificiose, tam ad luxum comparant, mirum non est, spernere eos nostras editiones, in quibus quid elegantiæ esse potest, eius præsertim, quam illi requirunt? Litteræ enim Arabicæ pertinaces sunt magis, quam ut cogi possint in hæc compendia nostra. Est quidem Romæ ex Medicea typographia editus Psalmorum liber, tam nitidus, ut parum desiderare possint Arabes, præterquam quod tanta litterarum luculentia, tamen negligenter errores sublati sunt. Non spreturos nostram hanc evulgandi libros rationem Arabes Salomo Damascenus dicebat, si ceteri nostri eodem nitore exstarent. Nunc scriptos a suis libros grandi pretio malunt, quam nostros minimo emere. Cum non ita pridem princeps Moldaviæ historiam Arabicam Turcarum editurus esset, ante alia diligentissime per Berglerum egit cum bibliopola, ut ne his utere-

(*) Salomo Damascenus ⲒⲚⲒ vocabat.

tur typis, quibus Maraccius, Angli, Galli Belgæque libros deformassent, sed novis, qui accederent prorsus ad præscripta manus Arabicæ. Etiam Græcis & Latinis artificiose scribendis Arabes se dant. Quod cum aliunde novi, tum in primis *bene barbarica Græca notata manu* videre memini in quodam Berolinensis bibliothecæ codice, quo Arabica, Latina, Græca, Slavonica & Servica elementa scitissime scripta inveniuntur. In sigillis autem gemmis & nummis, cum litteræ ductibus involvuntur *nodosis*, ut ait ille, *& in modum rotæ tortuosis capreolatimque conversis apicibus*, eundem nitorem cernimus. Relandus aliquas gemmas explicans merito earum venustatem & artificium litterarum laudat. Hæc cum dico videor mihi totum pompam ex lixis & calonibus instruere, quibus si pugnandum in nostra causa est, vix invenio, quem primipilum dem, quos tribunos, quem præfectum, veluti incompositæ & tumultuariæ manui. Renaudotus Abulfedæ vidit, Pococcius Eben Chalecani manum, alii aliorum, haud scio quam elegantes, possum tamen adfirmare in tanto universæ gentis studio & in tanto huius elegantiæ honore non videri eruditos male scribere.

XIV. Persæ iisdem quibus Arabes litteris utuntur & præter eas charactere, quem Iaguthus quidam instituit, minuto in libris quibusvis utuntur, neque enim solum ad res grandes commentandas, ut popularis noster putavit. Hoc habent

habent singulare Persæ, quod sumtu maiori elegantiam suam instruunt, neque tantum in litteris, verum in cetero ornatu ponunt. Quis non miretur partem Corani sumptu Chodabendæ Persarum Regis scriptam, quæ singulari ornamento est Lipsiensi bibliothecæ, opus cum integrum esset, vere dignum magnificentia tanti Regis. Alius inter Acoluthi codices est Alcoranus cum versione interlineari Persica, item tertius cum Turcica, uterque minutulis & nitidis litteris scriptus, quorum postremo insertum fuit folium, quod continet partem Suratæ quartæ, cum versione Turcica ab ista prorsus diversa, ut tametsi Maraccius nullam versionem Turcicam exstare scribit, etiam una plures exstare confirmare possim. Persæ frequenter chartam coloribus adspergunt, sæpe etiam quod admodum gratum est oculis & in poematibus Schemsuddini Mahometis Hafizi celebris poetæ vidi, chartam ipsam auro insperso variant & colorant. In ornatu cetero & si quæ figuræ Mathematicæ faciendæ sive auro sive cinnabari sunt, luxuriant. In primis eleganter describi solet liber Gulistan Scheich Musladini Saadi nostris non ignoti. Vidi festivam eius libri copiam & nullum in ea nisi elegantissime scriptum. Eo qui in Vageseiliana bibliotheca Lipsiæ est, sumptuosiorem Vageseilius in Scorialensi bibliotheca non vidisse testatur, habetque hoc etiam singulare, quod picturis exornatus est. Athletam enim scriba pinxit, cuius cum discipu-

lo pugnam Musladinus enarravit, & formosum illum iuuenem quem Casgari in templo se conspexisse Musladinus scribit. Multa sunt in eo codice quæ ab editis differunt & adiunctus alter liber est, cuius versionem Oleario debemus, nec is sine pictura. Fateor in his imaginibus, illisque quæ Hafizi carminibus in nostræ urbis Bibliotheca Augusta adiunctæ inveniuntur, nihil venustum esse: sed vidi in Berolinensi bibliotheca imagines ex India allatas in charta Serica, quæ cum nostris certare possint colorum luce & imitatione rerum. In ceteris omnia perfecta, si pedes pictor reliquisset, in quibus pingendis ineptiit. Non tamen ubique in India is in pingendo lepor. Malabares enim, quorum artem in libro Zigebalgii de religione Malabarum, optimi & clarissimi auctoris manu scripto vidi, tam fœde pingunt, quam non pueri nostri. In scribendo Indos Persicis uti litteris Iosephus Martinetti e S. I. Missionarius vir humanissimus cum dudum hac transiret, me docuit. Coranum tamen etiam Indi nonnisi Arabicis scribendum esse litteris fas putant. Inter Acoluthi codices exemplar est Alcorani scriptum in India, charta Serica, quod cum Bea seu Raia Buti Regi in Gorantalo victo, Batavi insulas Celebes A. CIↃ IↃC LXXXI. expilarent, Henricus Muchius ex æde Mahumetana prædam tulit. Calamus Indi scriptoris minime bellus fuit. Tamen tam sunt delicati Indi, ut Belgarum sordidiores manus ferre non possint.

Cum

Cum enim Batavi quatuor linguis, Belgica, Iavana, Malaica & Sinica edicta proponere & adfigere solent, aliquando accidit, ut Pangiran Ratu Regis filius Bataviæ versans, manu sua edictum præscriberet, ut exemplum haberent Belgæ, quo Iavana nitidius exararent. Id Relandum voluptati mihi fuit alicubi commemorasse. Iuvenem Siamensem ex urbe Tenasserim oriundum L. Piquesius cognovit, a quo preces D. N. I. C. accepit Siamice scriptas, & alia quædam, quæ cum istum Siamensem iuvenem, tum ipsum Piquesium eleganter scripsisse commemini. Scripsit deinde A. CIↃ IↃC LXXXI. ad Menzelium Piquesius, istasque ei preces misit, quæ a Vilkinsio editæ exstant. In cuius præfatione hoc moneo emendandum esse, quod eas isto anno ad Ludolfum missas fuisse scribit. Scio enim id ita non esse, quamvis etiam ad Ludolfum Pikesius misit in quadam epistola, cuius apographum inter Menzeliana Berolini legi. In Mogolensi versione sanctissimarum precum edenda eundem clarissimum virum erravisse iam alibi commonui eruditos. Hoc nunc adfirmo, visa a me Mogolica aliqua in Sinis edita, tum in ipsa Tartaria scripta, ac esse quædam etiam penes me, ita nitida, ut olim Vilelmus de Rubruquis & alii has litteras senserunt esse. In Th. Hydi Historia religionis veterum Persarum, quam elegans isthuc, quod sub fine edidit scriptum est? Hoc tamen non possum dissimulare, totum hoc editum ab Hydo inver-

se & male esse. Scribunt enim Mungali Tartari sicuti Sini Χαμαιφόρας litteras, & ornamenta, si quæ sunt, librorum non supra paginam, sed ad sinistram scriptionis collocant. Possum tamen errare, saltim eo hoc valebit, ut alii ipsum manuscriptum inspiciant, a quo Hydus hoc edidit cognoscantque quam vere hæc a me dicantur.

XV. Me nunc ad extremos in Asia Sinos animus ablegat, de quibus ex L. de Comitibus & multis aliis constat, quam in elegantia scribendi regnent. Ioachimus Buvetus de Rege Cang Hi auctor est, eum eleganter utraque lingua & locutum esse & scripsisse. Quod in Rege commendari, argumento est, universæ genti idem cordi & curæ esse. Nec potest tali litterarum ratione, quin elegantia scribendi eruditi censeantur. Quare cum scriptioni ac præsertim ita multiplici, operam navare eruditi solent, eo fit, ut cetera studia, quamquam longe magis ad humanitatem pertinent, negligantur. Eos sane, qui has litteras Europæ imitandas suaserunt, aut non intellexisse earum rationem, aut hoc spectasse adfirmo, ut ex nostris terris omnia studia alia exturbarent. Literæ Sinorum bellæ sunt omnium confessione & constantes, ut ne qua sit protensior aut vastior, sed nihil præter id commoditatis habent. Tametsi non multa Sinorum manu scripta in Europa videmus, tamen ex editis de manu eorum ferre iudicium possumus. Id autem fieri posse, persuadebo facile omnibus ex ratione

ex-

excudendi libros a Ludovico de Comitibus diligenter explicata, quod tabula similis sit scripturæ auctoris liberque hoc elegantior, quo nitidior manus litteras in charta præivit. Ita accidit etiam, ut cum Latina ederentur a Iesuitis, ea plane referrent chirographum Latinum. Multa sunt edita in eum modum. Tria scripta evolvi in Berolinensi bibliotheca, Astronomiam Europæam Ferdinandi Verbiftii a Leibnitio in Novissimis Sinicis memoratam & Deilingæ tantum Latine editam; tum Eclipsin Solis a Ferdinando Verbiftio Pequini A. CIↃIↃCLXIX. observatam & Mogolice Siniceque editam cum Latino titulo. Satis fœde scripta fuerant, atque ideo ita expressa. Sed in eadem bibliotheca extat lexicon Sinico Latinum multo elegantius excusum Pequini. Hoc lexicon Menzelius quoque edidit, quamquam videri voluit ista vocabula legendo Sinicos libros ipse observasse. Multum tamen interest, inter scriptas & typis expressas litteras. Liberior scribentis manus est, quam sculptoris, itaque ibi liberiores sunt litteræ, hic serviunt magis. Franciscí Diasii manum tum Sinicam, tum Hispanicam in Lexico, quod Berolini est, mirifice commendavit harum rerum summus arbiter Lacrosus in Miscellaneis Berolinensibus. Sed est supra existimationem & opinionem omnem elegans. Menzelii manum Cupletus in epistolis, quas e bibliotheca Berolinensi descripsi, laudat. Adsentatur sane, nam ita ut Mulleri & Piquesii, in his

lit-

litteris sordida est. Idem Cupletus e contrario se male scribere Sinica adfirmat. Non modo Sinica verum etiam Latina vere, ut alicubi dicit, *straminee* hoc est inepte scripsit.

XVI. Arabica nostros homines numquam ratus sum tam eleganter scribere posse, sicut ceterarum gentium litteras multi doctius, quam suas scribunt. Calamorum Arabicorum alia ratio est & cum scribunt tenent eos aliter, quam nos pennas tenemus. Qua enim parte penna patet, inferior nobis scribentibus est, crena superior; istis hoc aliter, conversa enim crena ad sinistram, retro trahunt calamum, ut crenam inæqualem quæ pars calami patet, sequatur. Quo obsequio calami tales evadunt litteræ, ut quod in iis pulcrum est, nostræ pennæ, nequicquam imitentur, nisi mirabiliter tortæ. Quare pæne omnes quos vidi Arabice scribere, reperi commoditati pennæ litteras accommodasse Arabicas. Piquesius, Arias Montanus, Salmasius & Sebischius eandem rationem tenuerunt in scribendo. Golius vir in his studiis ante alios versatus homoque accuratus in omnibus, hic dormitavit. Accepi eum in ceteris tam religiosum fuisse, ut ob nimiam accurationem & timiditatem plurima affecta reliquerit, in quibus sibi, quoad vixit, non fecerat satis, cui fastidio Arabsiadis emendationes & multa alia debemus neglecta. Salmasii notas in Psalmos Arabicos evolvi in Paulina Lipsiensium bibliotheca, nihil magnopere continentes, quod dignum

gnum esset notari, præter istam rationem scribendi Arabica. Sikius tametsi Latine scripsit eleganter, Arabice tamen nihilo diligentius. Schikardus æque negligens fuit, ut Sebeschius mihi narravit, sibi visum esse in duobus grandibus libris, quos ad Abulfedam illustrandum reliquit. Hos cum videret Sebischius Parisiis magno pretio emptos, incessit eum voluptas Abulfedam ipsum moliendi, mirantibus Gallis Germani hominis in scribendo patientiam & constantiam. Dein cum in Germania Ekardus & Iunkerus pervulgassent, editum iri ab eo Abulfedam, Trebocenses memoriæ eandem protinus spem fecerunt, cum Sebischius in ea re nihil nisi ingenuam voluptatem quæreret. Simon Okleius Arabica omnibus istis longe venustius scribit, Relandus non ita scite, nec male tamen scribebat Renaudotus elegantius & exercitatius utrisque & Latina æque venuste. Sed S. G. Starckii manus denique mihi persuasit, scribi sic etiam nostris pennis posse, quam calamis suis scribere Arabes solent. Quod in eo tanto plus miratus sum, qui nullius præceptis usus ad hanc facultatem pervenit. Nam a Salomone Damasceno edoctus scribere iuvenis aliquis Georg. Iacobus Kehr, qui nunc Halæ est, tam eleganter Arabicis scribit calamis, quam multi Arabes scribæ non possunt. Davidis Clerici manum Arabicam Ioannes Clericus in vita, Iulii Acarisii Equitis Hierosolymarii Renaudotus laudant. Æthiopica, Syriaca & Samaritana invenuste admodum

Angli

Angli ediderunt superstitiosa imitatione sordidarum manuum, cum Germani elegantissima exempla nacti, hoc eos genere longe superarunt. Ingens liber homiliarum Æthiopicarum in pergameno scriptus in bibliotheca Berolinensi exstat, cuius scriptionem plane apparet Ludolfum imitationi sibi proposuisse, ita illa cum nostris typis convenit. Ludolfus autem in præfatione istarum homiliarum satis longa, quam affabre, quam accurate imitatur earum litterarum elegantiam! Non minus miranda in virgine, Schurmanniæ manus. Nec iacuit in his Scaliger. Coptica ob vicinitatem Ægypti attingi opportunum est, in quibus regnat Lacrosus noster. Petræus, quamquam Coptis familiariter usus, nihilo melius Coptica scripsit, quam Arabica, hoc est, inepte. Boniurii manum ita memini G. C. Gœzium prædicare, ut cum videret eum quædam in Vaticana bibliotheca describere, non potuerit non mirari constantiam, nitorem & accurationem eius manus. Non in his modo Lacrosus, sed in Armenicis etiam ipsarum gentium artifices superat, in Latinis autem & Græcis ita mundus & venustus est, ut inter præcipuas auctoritates in nostra causa eum allegare possim. In Armenicis Acoluthus minime spernendus fuit. Malaicæ scripturæ elegantiam in Cornelia Franciſci Valentini filia admodum commendat Vilkinsius noster, qui & ipse a nobis omittendus non erat, utpote quod eleganter non Latina solum, sed cetera etiam omnia

omnia scribere solet. De Iudæis denique aliquid dicerem, si nondum satis constaret, quam hic non iaceant. Inter Lusitanos vero & Germanos Iudæos tanta in ea etiam re intercedit diversitas, ut alterutri legere non possint, quæ alteri scripserunt, nisi instituti. Habent & Iudæi (ספרי זכרון) philothecas, quas quod ita nos celant, memini eorum aliquem minime probare. Ortæ opinor tum ex nostris moribus, tum ex loco Thalmudis quem Lilienthalius nuper attulit, illaque consuetudine quod eorum quidam sine aliquo sapienti dicto numquam discedere solent. (*) Arabes sane

(*) Pirke Avoth c. 3. dicit R. Chanina Fil. Teradionis שנים שיושבין ואין ביניהם דברי תורה שכינה שרויה ביניהם שנאמר אז נדברו יראי יי איש אל רעהו ויקשב יי וישמע ויכתב בספר זכרון לפניו ליראי יי ולחושבי שמו: *Si quo loco duo confederint, interque eos nulla verborum legis memoria est, isti quidem talis commoratio irrisorum sunt, qualem invenimus a Davide memori Psf. 1. 1. in sede irrisorum non commoratus est: Sin econtrario duo convenerunt, inter quos verba legis sunt, inter eosdem (schechina) D. O. M. maiestas & gratia habitat, sicuti dictum est*

sane tametsi haud scio an tales libros habeant, tamen quod nostrum aliqui fecerunt, in libris quibuscunque exercitatos & probos scribas tale monumentum manus relinquere sinunt. Quod institutum vero non ita cum nostro quam Iudæorum convenit; quia inventum est artificiosas manus non eruditas conservandi causa. Ex nostris

est Malach. 3 16 Tunc loquuntur timentes Deum inter se: attendit Dominus & audiit & scripsit in libro memoriæ &c. Iterum paulo post R. Simeon dicit שלשה שאכלו על שלחן אחד ולא אמרו עליו דברי תורה כאילו אכלו מזבחי מתים שנאמר כי כל שלחנות מלאו קיא צואה בלי מקום אבל שלשה שאכלו על שלחן אחד ואמרו עליו דברי תורה כאלו אכלו משלחנו של מקום שנאמר וידבר אלי זה השלחן אשר לפני יי; *Tres qui comedunt in eadem mensa, intereaque non loquuntur verba legis, hi sunt veluti ederent de sacrificio idolorum: quod dictum est Ies. 28. 8. Omnes mensæ plenæ sunt vomitu &c. Econtrario si tres eadem mensa comedunt interque edendum verba legis loquuntur, hi sunt veluti commedentes de mensa Dei sicuti dictum est 4. Mos. 5. 9. &c.* Sapienter sane dictum. Adi R. Iosephum Chaionem in ספר מילי דאבות edit. Venet. p. 24. seq. & R. Leonem Fil. Bezaleelis Pragensem in דרך החיים ed. Cracov. f. 40. seq.

stris aliqui, nihil concedunt Iudæis Hebraica scribendi artificio, præsertim ex veteribus Cruciger, qui Latina tamen fœdissime scribebat. Contra Surenhusius minime belle. R. Abendana paulo meliu, præsertim Latina.

Etiam Io. Ernestum Grabium, cum hæc scribo, invenio doctissime Hebraica scripsisse, nec Græca aut Latina, cum operam daret, inquinate. Illum virum, quem merito suo Ioannes Gregorius Fil. (*) multique alii & Angli & Galli & nescio qui non, ob pietatem doctrinam, humanitatem, fidem ceterasque virtutes maximis dignum laudibus iudicarunt, tamen non minimo dolore nostro legimus flagitiose & turpiter habitum esse a quodam leviſſimæ mentis sene, cuius mores, lacta doctrinam, ut merentur, pingeremus, si contumeliis mortuum lacerare æquum esset. Quod autem ad tuendam famam doctissimi civis, a leviſſimo homine lacessitam, dicere possem, id Europæ magna pars graviſſimo de eius in immortalem Deum religione & fide, de temperantia ceterisque virtutibus eius testimonio, quantum adversus tantillam calumniam satis est, fecit.

(*) Præf. in N. T. *Eximius Theologus in utriusque Testamenti veterumque Patrum libris versatissimus, natione Borussus, affectu noster, gentis utriusque decus, qui literato orbi profuit & prodesse pergit, ostensurus quousque industria summa naturali acumine accedens pervenire queat.*

Faciet, opinor, similiter hic Martinus Sylvester Grabius, beatissimi & clarissimi viri frater, ingenio, doctrina, humanitate easdem cum eo laudes meritus, cum vitam in Anglia editam, multo luculentissima accessione præsertim earum rerum, quæ in urbe nostra & alibi terrarum antequam in Angliam veniret, fratri evenerunt, eruditis legendam dabit. In quam rem cum sæpe V. C. hortatus sum, tum quia denique mihi promisit, publice nunc eum istius fidei & pietatis religione obstringo. Si nunc sensum vestrum ex meo recte iudico. Vosque legendo tantopere fastiditis quam ego commemorando ista pereo, & vestra & mea interest, ut desinam. Colligo me nunc atque cum tantis præiudiciis rationes iustas firmavi, puto, id quod præcepi, firmum fore. Si quid libere, si quid ioco, si paulo negligentius dixi, dabitis huic causæ veniam, quid enim hæc cum supercilio præciperem? Scio me prætermisisse multa, sed quis in hoc genere consummatam commentationem requirat? quæ si longior futura est, non potest quin fastidium paret his, quibus voluptatem tantum ac vix præter eam usum alium & fructum adferre videmur velle.

Obser-

OBSERVATIO V.

CONRADUS TIBERIUS DE WALLENROD,

MARIANI ORDINIS TEUTONICI

Summus quondam & quidem

XXI. MAGISTER GENERALIS PRUSSIÆ,

a

Grunavii, Schutzii, Venatoris ac Buthneri criminationibus liberatus.

SYNOPSIS DISSERTATIONIS.

§. I. Scriptores Apologiarum & qui de Conr. Tib. de WALLENROD disseruerunt, auctores, continet. §. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. Vitam WALLENRODII ejusque res gestas commemoravi. §. IX Quantam vim habeat odium clericorum ac historicorum, indicavi. §. X. Criminationem a faciei deformitate sumtam nullius esse

momenti, §. *XI. Non nimio bellandi studio* WALLENRODIUM *flagrasse*, §. *XII. Eundem merito Principis sibi titulos atque honores sumsisse, affirmavi.* §. *XIII. Num tributa nimium exegerit?* §. *XIV. Num suburbia condens & ex aliis regionibus advenas suscipiens malefecerit?* §. *XV. Num clericorum inimicus fuerit?* §. *XVI. Num Leandro plus quam par erat tribuerit, adfirmantibus id Historicis, hæc examinans, negavi* §. *XVII. Leges a* WALLENRODIO *latas continet.* §. *XVIII. Nec hominem sine ulla religione, nec* §. *XIX. prodigum fuisse, nec* §. *XX. eundem canes dentibus suis læsisse, nec* §. *XXI. licet exortæ fuerint tempestates, famæ illius quicquam decedere, planum feci.* §. *XXII. Criminationem* daß er ohne Beicht/ *Absolution* und Pfaffen gestorben / *nihil valere, demonstravi.* §. *XXIII. Epilogus.*

§. I.

NOn superiore tantum memoria nobilissimi Doctores ut Christianis objecta crimina diluerent, Apologias scripsere; (*a*) sed nostra pariter ætate quidam per eruditi,

(*a*) Adflictæ Christianorum genti gratam ejusmodi

diti, ut ab Historicis contra summos Principes (*b*)

modi operam præstitere, Sæc. I. Quadratus, Aristides, Sæc. 2. Justinus Melito Sardensis, Apollinarius & Athenagoras. Sæc. 3. Cyprianus Tertullianus aliique quorum scripta doctissimi sane viri notis illustrarunt. ev. B. Kortholti Paganus Obtrectator sive de Calumniis Ethnicorum in Veteres Christianos libri tres Kilon. 1697. in 4. & qui communem Christianis affictam criminationem repulit, Theod. HASSÆUS in Diatr. de calumnia cultus asinini a gentilibus olim & Judæis & Christianis impacta, una cum Jo. Bapt. OTTII Bibl. & Prof. Tigur. de eodem argumento ad autorem epistola Erfurt. & Lipsi. 1716.

(*b*) Edidit Apol. (1.) pro Jo. *Basilide* Magno duce Muscoviæ Tyrannidis vulgo falsoque insimulato Anonymus Viennæ Austriæ 1711. 4. (2.) pro *Christiano* II. R. Daniæ Suec. ac Norw. Autor der auserlesenen Anmerckungen 2. Theil 3. Anmerck. p. 50. (3.) pro Hattone Moguntinensium Episcopo, quem a muribus corrosum vulgo ferunt, V. Clar. M. Mich. Lilienthal Tom. I. Select. Histor. Liter. Observ. VIII. (4.) pro *Nerone* Cardanus. (5.) pro *Sardanapalo* Autor Obs. XV. vid. Obs. Hallens. Tom. X. p. 398. (6.) pro *Phalaride* Lucianus. (7.) pro *Tiberio* Boccalinus. (8.) pro *Wenceslao* cum Susanna balneatrice e carcere Pragensi effugiente, Anon. in den auserlesenen Anmerck.

exque doctrina nobiles viros (c) allatas criminationes repellerent, ingenium exercuere. Horum autem

merck. & quidem speciatim im Antwort-Schreiben auf etliche Fragstücke E. gelehrten Edelmanns der in E. Preuß. Provintz wohnet 1710. 8. eundem Wenceslaum non legaliter fuisse depositum nec tantis ac tot vitiis commaculatum, uti communiter asseritur, probavit Illust. THOMASIUS quæst. 2. inter XII. Disput. illas quæ adjunctæ sunt ventilationi publicæ Dissertationum celeberr. Autoris de Ratione Status.

(c) Apologiam (1.) pro Aristotele a crimine αὐτοχειρίας liberato, supra laudatus Lilienthalius loc. cit. Observ. V. (2.) pro Jo. *Casa* quod crimen παιδεραστίας non defenderit Vir Cel Nic. Hieron. GUNDLINGIUS in select. Observ. ad rem liter. spectant. Tom. I. Obs. V. (3.) pro *Hobbesio* id ib. Obs. I. (4) pro *Carolostadio* Autor der ausserles. Anm. Tom. 3. Obs. 8. p. 186. seq. (5.) pro *Epicuro* M. Guil. Henr *Bekker* Dissert. de præjudiciis quæ Epicurum fœdæ voluptatis reum incrustarunt. Reg. 1718. (6.) pro *Pilato* Jo. Stellerus 1674. cujus tamen Pilatus defensus extat refutat. in Volum. illarum Illust. *Thomasii* Dissertationum quæ Lipsi & Halæ 4. prodierunt (7.) pro *Pomponatio* M. Jo. Gottl. *Olearius* jam J.U.D. & P.P. Cau-

autem, licet me doctrina multum antecellant, cœtui me adjungens, jam in me causam suscipio CONRADI TIBERII de WALLENROD, S. Mariæ Ordinis Teutonici quondam XXI. Magistri Generalis Prussiæ, Herois supra quævis

X 4 enco-

Causarum in summis Regni Borussi. judic. Patronus fac. ac celeb. Dissert. de Pomponatio Jenæ 1709. ed (8.) pro Parmenione Georg. Casp. Kirchmajerus Orat. P.P. Diss. Witt. 1689. edidit quæ inscribitur: Parmenio inauditus indefensus trucidatus &c. (9.) Sappho criminationibus liberata a Viro, quem multum veneror, Georg. Christ. *Lehmsio* Consil. & Biblioth. Hasso-Darmstad. im Anhang Ausländ. Poëtinnen p. 223. vid. ejusd. lib. Teutschlands galante Poëtinnen mit ihren netten und sinnreichen Proben &c. (10.) pro Jul. Cæsare VANINO Anonymus. (11.) Xantippen defendit Autor. Actor. Philosoph. Part. I. Obs. 4. quæ inscribitur: Ehren-Rettung der Xantippe. (12.) huc spectat (1.) Phil. NAUDÆI Apologie pour les grands hommes soupconnez de la Magie. Amst. 1712. quem librum Germ. L. translatum Jo. *Reichius* Halæ 1703. 4. edidit. (2.) M. Georg. Christ. *Wagneri* Diss. Lipsi. 1715. de eruditis spirituum familiarium usu immerito suspectis. (3.) M. Petr. Adolph. Boysen Disp. Halæ 1714. ed. de Apostasiæ falso & merito suspectis. (4.) Joh. Christ. Wolf. de Atheism. falso suspectis.

encomia evecti, cui varias infamiæ notas inurere, simplices & aniles plerumque ineptias impolito dicendi genere narrantes Historici, non erubuerunt. Non profecto adulandi cupiditate, non amplis commotus præmiis hæc in chartam retuli; quin potius æquo pridem non ferre potui animo, gentis nostræ Historicos aspere & ferociter tot sine ratione maledicta in WALLENRODIUM conjecisse. Fateor quidem Viro ob natalium splendorem, dignitatis amplitudinem, prudentiam multo negotiorum usu confirmatam, & eximiam erga literarum cultores benevolentiam summis digno encomiis Ern. de WALLENROD (*d*) nec

(*d*) Vir Perillustris ac Generosissimus Ernestus de WALLENROD, Regii in Borussia Tribunalis Consiliarius per quatuor amplius lustra ob usum rerum agendique solertiam ac in judiciis æquitatem laudatissimus, Illust. WALLENRODIORUM familiæ Venerabilis Senior, & exquisita librorum copia abundantissimæ ejusdem Generis bibliothecæ conservator & auctor benignissimus, cum ante XL. annos in studiis literarum summa contentione ac communi eruditorum hominum applausu versaretur, eaque tempestate scilicet A. MDCLXXIV. Prof. Gedan. Frid. Buthnerus Hemerologium (Calendarium) vulgans, in eodem Conradi Tiberii de WALLENROD in Præfectorum s. Magistrorum Gene-

ne-

nec non Math *Prætorio* (*e*) idem ante aliquot annos in mentem venisse; sed in Bibliothecis,

 quæ

neralium Ordine XXI. Herois ad ultimam posteritatem laudatissimi res gestas asperioribus verbis, Schutzii Grunaviique exemplo sine ratione perstringeret; admirando sane studio Mæcenas antea laudatus Chronicorum & mauuscriptos & editos jam libros pervolvit, Apologiamque nobili varietate rerum ac copia refertam consignavit, Buthnerique nullius momenti rationes refutavit, hocque literarium κειμηλιον ut eo testatior esset ejus rei memoria, Bibliothecæ a majoribus Avo scil. adornatæ donavit, mihique ejus ut & aliorum quæ ad præsens institutum ex voto conficiendum maxime spectabant, scriptorum perlegendi copiam summe benignus Mæcenas libenter fecit, quod gratissima mente ætatem agnoscam.

(*e*) M. Math. *Prætorius* consignavit Diss. nondum editam quæ sic inscribitur: Von dem Herkommen und glorwürdigen Thaten Herrn Conrad Tiberii von WALLENROD, weyland Hochmeisters des Groß-Hertzogthums Preussen/ Liefland/ Churland/ Samayten/ &c. Hoc nobile MStum alias in bibl. WALLENROD. asservatum, ab Illustrissimo Comite Adamo Christophoro de WALLENROD Tapiav. Præf. Summi Tribunalis Consil. pro incredibili suo erga literarum studia favore, id perlegente mihi procuravit Vir Perill. ac

Ge-

quæ literis consignarunt, latent, ac paucis profecto hæc ingenii monumenta propius intueri ac per-

---

Generosiss. Ern. de WALLENROD. Idem Prætorii scriptum 25. plagularum in fol. ex optimæ notæ scriptor. consignatum 56. capitibus multa quæ WALLENROD. ab ineunte ætate usque ad mortem gessit, talia inquam continet, quæ prorsus singularia sunt inque aliis annalium libris non extant. Idem Prætorius Pastor Nibudzensis cœtus in Insterburgensi Præfectura, Vir in histor. patriæ doctrina versatissimus, Historicorum nostræ gentis præcipui Hartknochi MSta certe nobilissima vel hæreditate obtinuit, vel insigni quodam pretio sibi comparavit, exque iisdem quæ refert, passim enotavit. B. D. Mich. *Schreiberus* summi nominis Theologus A. 1702. die X. Jan. cum adhuc Eloq. ac Histor. Profess. munere fungeretur, & B. Io. *Gottschedium* Med. D. Phys. Prof. Ord. ac Reg. Scient. Societ. adscriptum, eo tempore Magistrum crearet, recitavit Orationem, cujus hæc est inscriptio: *Oratio* de *Conrado Tiberio* a WALLENROD *Generali Ordinis Teutonici Magistro XXI. ab injuriis Historicorum vindicato &c.* Sed unica tantum Vir celeb. hoc argumentum edisserit plagula, unaque tantum vel altera ratione criminationes Historicorum refutavit, videturque Virum Summe Venerandum, cum consignaret hanc Orationem fusius imposterum de

perlegere huc usque fuit conceſſum. Ingenii ergo vires licet admodum exiguas intendens nominis WALLENRODII famam inique preſſam obſcuratamque in lucem ut proferam, hac Diſſertatione conabor.

§. II. Rebus humanis erepto Conrado Zœlnero de *Rotenſtein* (*a*) A. 1390. in locum ejus ſuccedebat, qui omnium in ſe oculos dudum converterat Conradus Tiber. de WALLENROD. (*b*) Non autem magnæ quibus ornatus erat divitiæ, (*c*) ſed innumera in publicam rem merita, nomenque WALLENRODII rerum geſtarum multitudine dudum nobilitatum, Ordinem Crucife-

---

de hoc argumento diſſerendi animum habuiſſe, ſed multis ac gravibus omni tempore implicatus negotiis, hoc in rem conferre non potuit.

(*a*) Ex Apol. nondum edita Viri Perilluſtr. ac Gener. Ern. de WALLENROD, optimæ ſane notæ ſcripto hæc & alia me enotaſſe fateor.

(*b*) PRÆTORIUS in hiſtor. MSta. c. 2. 3. de tempore quo WALLENRODIUS natus, ejus perquam illuſtri genere, rebusque in juventute geſtis multa narrat, quæ tamen ut rem in pauca conferre poſſem, omiſi.

(*c*) HENNEBERGERUS in der Erklähr. der Preuß. Land-Taffel p. 296. nec non Prætorius l. c. c. 2.

ciferorum commovebat, ut ad Conradum, qui principem post Ordinis Præfectum dignitatis locum jam obtinuerat, (d) (Er war Groß-Comphur) summam imperii deferrent. Cruciferorum enim rebus jam ab ineunte WALLENRODIUS ætate, salutis propriæ nullam fere rationem habens, (e) vehementer studuerat, hanc enim ob rem, exquisitæ formæ ac summo Habspurgicorum scilicet Comitum genere natam Virginem in matrimonium ducere recusaverat: ne Marianorum ordinem, cui Majores perenni laude clarissimi constanter addicti fuerant, deserendi occasio Heroi nostro se præberet. (f) Præter hæc WALLENRODIUS haud ita pridem glorioſas sæpe expeditiones susceperat, Lituanorumque ac Samogitarum copias salvo prorsus exercitu suo (g) adeo disjecerat, ut hæ gentes Cruciferorum mox potestati se subjicerent. (h) Itaque qui imperium Ordinis post Rotensteinii obitum susci-

(d) Idem l. c. p. 295. item Waissel. in Chron. fol. 126. vid. Prætorius l. c. cap. 19. & 41.

(e) Henneb. p. 296.

(f) Id ib. Waissel. fol. 128. vid. Prætor. l. c. cap. 3.

(g) Cum scilicet adhuc summus equitum esset Magister (Groß-Marschall.) Henneb. p. 409. Sim. Grunav. in MSt. Chron. tr. 13. c. 13.

(h) Hoc prolixe commemorat Prætorius l. c. c. 7.

susciperet, nemo dignior ac WALLENRODIO fortior erat.

§. III. Difficillima cum WALLENRODIUS summum iniret magistratum erant tempora, inciderat enim bellum cum Rege Polonorum Lituanorumque inprimis Duce Vitoldo gerendum. Hic namque WALLENRODII sponsoris sui (*a*) & juramento haud ita pridem confirmatæ fidei immemor defecerat, finitimasque Marianorum Equitum regiones diu multumque vexaverat (*b*). Præter hæc graves Cruciferis intercedebant inimicitiæ cum Pontifice Romano, qui eosdem denarium Petri nummum solvere dubitantes, non solum per tria jam prope lustra devoverat, (*c*) sed & Rom. Imperatorem adversus eosdem excitaverat (*d*). Hoc itaque perturbato statu rerum, ut ordinis sui auctoritatem tueretur, Principis

(*a*) *Henneberg.* p. 449. hæc scil. WALLENRODIUM tanquam sponsorem primarium in Tapiavienſi castro apparuisse, cum Vitoldus baptismi sanctissimi aqua tingeretur, fuse refert Prætorius in descript. Vitæ WALLENR. c. 29.

(*b*) Id. p. 138. Schutzius in Chronic. p. 87. Grunav. tr. 13. c. 10.

(*c*) Henneberg. p. 298 Grunav. tr. 14. c. 1.

(*d*) Grunav. tr. 13. c. 6. Schutzius p. 89. Henneberg. 293.

cipis nomen sibi sumebat, (e) præcipuisque consiliorum sociis suis (dem Groß-Compthur/ Ober-Marschall/ Spittler/ Truchses/ Trappier) ampliores titulos, ut imperantium parientiumque esset differentia, imponebat (f).

§. IV. Non vero in eam tantum & maxime curam WALLENRODIUS incumbebat, ut pro dignitate viveret, Principisque personam tueretur; quin potius illustribus argumentis se Patrem Patriæ præbebat. Nam ipse regiones peragrans Samogitiæ Lituaniæ, Natangiæ, Slavoniæque limites præsidiis firmabat, castellisque ob excursiones ac hostium latrocinia multum communiebat, (a) hac re id simul efficiens, ut ex

(e) Scilicet consuetam in Principum edictis formulam: Nos Dei gratia &c. suis quoque Edictis inserebat.

(f) Aliam hujus rei rationem adducit Prætorius; Damit/ inquit, die ohne das tapffre Gemüther desto eyfriger zur Tapfferkeit angetrieben wurden/ gab Er (der Hoffmeister) Ihnen Fürstliche Titel/ damit sie sich desto mehr Fürstlich und hurtig gegen ihre Feinde halten könten. l. c. cap. 46.

(a) Dicebantur vulgo Gräntz-Häuser erant prope Samogitiam die Memel/ in Natangia, Bonsdorff in Slavonia Salau/ prope Lituaniam ac Samogitiam, Neuenwerder/ Ritterwerder

ex Lituania quantum vectigalis vellet, capere posset. Præter hæc animadvertebat, cum varia frumentorum genera ad civitates procul dissitas adveherent agricolæ, persæpe ob vehiculorum copiam ægre urbem vel ingredi, vel frumentum in foro divendere posse; cum tamen contra in diversoriis multum solvere, (b) aut si quid ad quotidianum vitæ usum comparandum erat, magno illud pretio redimere deberent. Hinc ut agrorum incolis consuleret, præscribebat, ut suburbia nova ac spatiosa constituerentur. Ast ex voto hæc res magni momenti non cessisset, nisi bello captos milites aliaque mancipia ad laborem ferendamque civibus in exstruendis suburbiis opem adegisset. Neque hoc feciſſe salutis publicæ autori WALLENRODIO satis erat, nam ex Polonia Lituania & Curonia blandissimis verbis, muneribus ac variis, quas promittebat, immunitatibus multos evocabat, ut in Borussiam catervatim demigrantes, in suburbiis sedes suas figerent. Urbes itaque Cruciferis subjectæ novis ampliatæ vicis

der und Neidenburg arces anno 1391. extructæ Henneberg. p. 314 405. 488. nec non *Schutzius* in Chron. *Waissel.* castellum ab aliis Neidenburg dictum Methenburg nominat Daubmannus in Chron.

(b) Henneberg. p. 336. & 37. Grunav. tr. 1. c. 2.

vicis atque has inter Regiomontum, (c) Gedanum, (d) ac Thorunium (e) ea tempestate omnis generis commerciis florentiores fiebant, ac WALLENRODII auspiciis quasi renatæ caput altius tollebant, cumque magnis incolæ excitabantur commodis ad varia in his civitatibus artificia (manufacturen) excolenda, magna pecuniæ vis Ordini Teutonico exinde redibat.

§. V. Benevolentiam WALLENRODII eo tempore consequebatur D. Leander Albinus s. Albanus, vir callidus, eloquens atque in arte medendi ac Matheſi multum eruditus, (a) & ob Clericorum Galliæ in se susceptas graves inimicitias celebris. Hic cum in Borussia pariter dissolute viventes ordinique sacro addictos asperioribus verbis perstringeret, hæreticus exilio mulctandus vel capitis supplicio dignus, una voce ab insana multitudine dicebatur. Nolebat quidem WALLENRODIUS quos noverat, irritare crabrones, nec tamen sua multorumque opinione innocentem Leandrum damnare poterat; hinc Clericis ut cum hoc Doctore in disceptationem venirent, eum-

(c) Constitutæ sunt illo tempore Civ. Knipshof. atque Lœbnicum Henneberg. p. 237.

(d) Gedani die junge Stadt / Schutzius. in Chron.

(e) Thorun. die Neustadt.

(a) Ita Leandrum describit Hartknoch. A. u. N. P. p. 465.

eumque refellerent injungebat, (b) sancte promittens, id si fieret, se nihil quicquam amplius eidem favere velle. Optima autem mentis conscientia se ipsum Leander consolabatur, ipseque ad differendum provocabat Clericos ea lege, ut Præfectus Ordinis eum illico cremandum traderet, qui hoc certamine literario succumberet. Indicebat ergo æquissimus intricatæ causæ arbiter WALLENRODIUS utrique parti diem ut disceptarent in Mariæ Insula, cum vero Leander præsenti animo ad urbem iter faceret, paluſtri quodam loco cum vehiculo submersus, misere periebat. (c)

§. VI. Bellum eo tempore concitare videbatur Rex Poloniæ ac Dux Lituanorum, magnam igitur pecuniæ vim in exhaustum referre ærarium erat necesse, ut scilicet copiæ contrahi ac novæ ex aliis regionibus propediem conduci possent. Hactenus quidem summi Germaniæ ac Europæ Principes Cruciferis multum faverant, suaque sponte cum forti exercitu subsidio venerant; (a) at Clerici quibus infestus erat WALLENRODIUS, tantum ejus famæ laudique detraxerant, ut Marianis equitibus jam non succurrerent. Magnis

(b) Henneberg. p. 310. Grunav. tr. 13. c. 15.

(c) Omnia hæc refert Hartkn. l. c nec non in der Preuß. Kirchen-Historie p. 247. Mislenta in Dissert. proœmiali ad manual. Pruten. p. 46. 47.

(a) Henneberg. p. 14. 24. & 33. l. c.

ergo præmiis ad bellum auxiliumque eos sollicitabat laudatissimus Ordinis Magister, atque a parentibus sibi Borussiæ incolis, qui navigationis ac commerciorum commodis, (*b*) vel ex ingenti e Samogitiæ ac Lituaniæ provinciis parta præda, (*c*) magnas collegerant pecunias, postulabat, ut censum jam profiterentur, (*d*) rebusque tam adflictis, Clerici quoque tributum sed tenue & imminenti bello compositio remittendum, solverent. (*e*)

§. VII. Argentum pretii ejusdem cum Rhenensi aureo Conr. Tib. de WALLENROD, signari ea tempestate jusserat, cujus alteri parti præter WALLENRODIANI generis insignia hæc erant impressa verba: Conradus III. Mag. generalis; altera vero hujus nummi pars præter Mariani Ordinis insignia, hac erat inscriptione or-

(*b*) Schutzius p. 99.

(*c*) Idem p. 80. 81. seq.

(*d*) Vid. Waisselius in Chron. p. 129.

(*e*) Perillustris Vir Ern. de WALLENROD in descript. vitæ Conrad. Tiber. de WALLENROD ita judicat: Weil die Conservation der Geistlichen von der Conservation des Landes und des Ordens-Dependirte, musten die geistlichen Stiffter auch etwas, doch nur so weit sie vermögend waren zu 150. 100. 50. 10. 6. fl. dabey tragen.

ornata: Moneta nova Dominorum Pruciæ. (*a*) Dumque hæc res conficeretur, ex Germaniæ provinciis Principes, virique nobilissimi ingentem exercitum, scilicet XLVI M hominum in Borussiam deducebant. Hisce militari disciplina nobilitatis militibus jungebantur, Teutonicorum Equitum copiæ XVIII. M. Qui omnes ac singuli in Lituaniam discedentes ad primum ab urbe *Caven* dicta lapidem subsistebant; ut interessent in convivio quod ejus instructor Engelbertus Rabius, equitum summus Magister (Groß-Marschall) Ægidii die concelebrandum decreverat. Mensa namque duodecim capiens convivas, in amœnissimo colle, quem undique Memela circumfluebat, sub splendido tabernaculo erat posita; adstabantque littori ex una parte scilicet Orientem versus Borussi cum Rabio, Equitum

(*a*) Ao. 1392. war eine grosse Theurung in Franckreich/ Engeland und andern umbliegenden Ländern/ und es kamen mehr als 300. Schiffe nach der Balga, brachten schön Geld ins Land und begehrten Korn/ der gemeine Mann verkauffte sein Korn am ersten/ die Last um 9. Marck. Der Hochmeister und die Creutz-Herrn hatten etliche 1000. Last/ und gaben die Last um 12. Marck/ und nahmen dafür überaus viel und schön Gold/ hæc nummi WALLENRODIANI fuit causa ex. Waissel. fol. 128. Schutzius p. 98.

tum primario Magistro, ex altera parte versus Occidentem copiæ auxiliares Germanorum. Intuebantur posthæc milites remoto, ut jusserat WALLENRODIUS, tabernaculo, cum undecim nobilissimis heroibus discumbentem Ordinis præfectum, mensamque triginta opiparis ciborum ac variis vini generosioris generibus instructam ac repletam; neque hoc epulum sane magnificentissimum satis demirari poterant. (*b*)

§. VIII. Lautiora propediem convivia in Regio monte ac Mariæburgensium urbe celebranda, pollicebatur (*a*) WALLENRODIUS, id saltem in votis habens, ut fortiter jam milites manum conserecrent. Quam ob rem triplici hostes invadebat agmine, factaque in Lituaniam irruptione in immunitis urbibus statim præsidium ponebat, ut principalis civitas Wilda tantum expugnanda supereſſet. Castris ergo prope hanc urbem positis, operibus eam Cruciferi claudebant, eamque licet aliquoties repulsi, violento tamen impetu iterato revera expugnassent, si absente Ordinis Præ-

(*b*) De hoc celebri convivio differunt Grunavius Radewaltius, Waisselius, Henneberg. Hartknoch. in select. Diss. Histor. Dissert. XVIII. § XI. p. 393. & præter hos Albertus Wijuk Kojalowicz. part. 2. Hist. Lithu. lib. 2. ad annum 1394. p. 38 seq.

(*a*) Simon. Grunav. tr. 13. c. 17. Radewalt. in Chron. MSto fol. 97. aliisque.

Præfecto qui hostium speculatorem agebat, copiarum Dux magis acutus ac providus fuisset. Præter spem enim Witholdus ut rem hanc omnes fere Historici narrant, qui e Russorum Lituanorum ac Tartarorum gente magnam militum multitudinem confecerat, urbem liberaturus accedebat, & incautum hostem cum & Poloni eruptionem ex obsessa urbe facerent, adeo opprimebat, ut perpauci fuga salutem petentes, magna festinatione adventanti Præfecto fatale prælium nunciarent. (b) Qua re audita tam vehementer WALLENRODIUS Melancholiæ ac dolori indulgebat, ut ardenti febre correptus Julii Mensis XXV. die A. 1393. ingentem animam poneret promovendæ salutis publicæ appetentissimus (c) per tres prope annos (d) gubernator, in Mariæburgensium urbe humatus.

(b) Id. Radewalt. l. c. fol. 98. Non Vitoldi ductu Cruciferorum exercitum esse deletum statuit Prætorius, sed mala ob continuos imbres tempestate ac gravi pestilentia eundem periisse dicit, l. c. cap 55 cui prorsus adsentior.

(c) Ohngeachtet er schwehre Kriege geführet/ hat er dennoch alle seine Länder in der höchsten Blüthe nach seinem Tode denen Nachfolgern rühmlich hinterlassen/ inquit, Prætor. in descript. Vitæ WALLENR. MSta c. 1.

(d) Quo anno Summi Ordinis Magistri dignitatem

§. IX. Cum vero humanæ vitæ hæc sit conditio, ut ab suspicionum pravitate tuta esse, calumniarumque morsus vitare, ipsa integritas ac innocentia non possit; quid mirum idem obtigisse WALLENRODIO licet ille omnino talis fuerit Ordinis Præfectus, qualem fingere aut votis a Deo deposcere subditi poterant. Suo vir summus confirmavit exemplo tam ad augendam nominis celebritatem, quam ad minuendam factorum gloriam Historicos plus quam dici potest, conferre, (a) ac Clericorum qui incurrit odium, sce-

---

tatem ceperit & obierit non conveniunt Historici. elect. 1390. teste Radewaltio Waisselio Hennebergero, Hartknochio, Lindenblatius 1391. die Solis, quæ Judica appellatur, in hunc dignitatis gradum evectum esse asserit. Mortuus 1394. uti Buthnerus, aut 1393. ut alii statuunt.

(a) Die Macht der Geschicht-Schreiber/ sonderlich der jenigen / so die Geschichte ihrer Zeit beschrieben / ist jederzeit so groß gewesen/ daß schon seit geraumer Zeit grosse Potentaten / den empfindlichen Stich ihrer spitzigen Feder / ja so sehr als einen scharffen Stahl ihrer gewaffneten Feinde zu befürchten gehabt haben / und manchesmahl weit höher / da wieder solche feindliche Verletzung sie ihr eigner Arm / die häuffige Hoff-Bedienten / die starcken Leibwachten / die bemaurte Schlösser und Festungen schützen können/ da

sceleratissimum ab omnibus appellari, (b) licet eo vix quisquam in virtutibus excellentior fuerit. Jam ergo quas petulantissimæ Historicorum ac Clericorum linguæ, in WALLENRODIUM cavillationes jecerint, recensebo, ac cum falsæ sint, fide dignorum scriptorum testimoniis gravibusque rationibus easdem refellam.

§. X. Principio quidem faciei deformitatem (a) objiciunt WALLENRODIO Historici. At

da hingegen alle solche nicht vermögen einer leichten Feder den Paß zu sperren / daß sie nicht einem Printzen / der bey dem Historico nicht zum besten angeschrieben / eine solche Wunde solte versetzen können / woran bey der späten Nachwelt *NB.* seine Ehre / welche einem jeden Ehrliebenden bevorab einem Monarchen lieber als tausend Leben / sich unschuldig müsse verbluten. Inquit §. 1. Autor Obs quæ 3tia est der auserl. Anmerckungen &c. Tom. 2. p. 50.

(b) Hoc (odium Clericorum) causa ignominiosissimæ infamiæ esse solet, quæ licet re ipsa nullo nitatur fundamento, plerumque in plebejorum animos penetrat, altasque radices agit, inquit Anonym. Autorque Apolog. pro Jo. Basilide II. Magno Duce Moscoviæ &c. scripta. cap. 3. §. 6. p. 60.

(a) Er war ein ernstlicher kühner Mann / schwartz von Haaren und gräßlich von Angesicht.

vid

vero (1.) Jo. Lindenblat scriptor omnium nobilissimus (*b*) quique WALLENRODII vixit ac cla-

vid. Hoch-Meister. Chron. MSt. (cujus egregium in Regia Bibliotheca invenitur exemplum) fol 110. b. nec non die Ordens-Chronik cujus paginis Æram seu numeros annorum singulari industria inscripsit, magni nominis Theologus Martinus Sylvester Grabius, Reg. quondam Bibl. Præfectus, add. Waissel. Preuß. Chronik. p. 127. Casp. Henneberg. Erklährung der Preußischen Land-Tafel p. 205. Hartknoch. im A. und N. Preussen p. 305. c. 2. Part 2. &c.

(*b*) Jo. *Lindenblat* Officialis Riseburgensis sui ævi scripsit historiam ab A. 1360. usque 1419. quo ipse obiit. Nobile hoc nec fabulis refertum Chronicon mihi non solum ut pervolverem, concessit, sed etiam quæ ex eodem enotare cupiebam ipse conscripsit ac cum literis summa comitate plenis, citius mihi quam sperabam, misit, Vir Magn. & ad juvandam rem literariam natus David BRAUNIUS Regi nostro a Consil. Aulic. ac Elbingensis territorii summa cum dexteritate Præfectus, in cujus ædificato belle prædio suavi Musarum omnium diversorio, exquisitissimam & succini & nummorum Prussicorum, & qui res gestas enarrarunt Scriptorum supellectilem, nuper cum Elbingam lustrarem, me vidisse fateor id maxime optans ut plene jam elucubrata Magnifici Brau-

claruit ætate, de tanta vultus fœditate nihil in Chronico scriptum reliquit, quod etiam de Schutzio WALLENRODII summo alias criminatore dicendum. (c) Cœteris id audacter narrantibus non credimus, e vivis namque dudum sublato WALLENRODIO dum hæc scripserunt, aliorum erga hunc Ordinis Præfectum odio flagrantium incertis relationibus decepti ac in hunc errorem ducti sunt. (2.) Et si utique deformis fuit WALLENRODIUS, quid interest? Rarissimo uti Piccartus loquitur consortio copulata sunt formæ decus & animi excellentia. (d) Potest ingenium fortissimum ac beatissimum sub quavis cute latere, potest ex deformi humilique corpusculo formosus animus ac magnus exire. Non enim deformitate corporis fœdatur animus, sed pulchritudine animi, corpus ornatur. (e) Putarim ego jacturam formæ facilem esse, si virtus adsit, siquidem in mente non in

Braunii scripta, scilicet alterum de Privilegiis Prussiæ Cardinalibus eorumque usu moderno, alterum vero de Borussiæ Poloniæque historicis in publicam brevi tempore lucem prodeant.

(c) Histor. rerum Prussic.

(d) Inquit Piccartus comment. in lib. Arist. Polt p. 1082.

(e) Seneca ep. 97.

fronte sedent virtutes. (*f*) Apte huc Nepotis de Agesilao effatum quadrat: Ignoti faciem ejus cum intuerentur, contemnebant, qui autem virtutem noverant, non poterant admirari satis (*g*) (3.) Quod superest ut explosa satis superque de Socratis (*h*) & Æsopi deformitate (*i*) est sententia; ita falsum pariter & ex obscuris quibusdam Veterum in arte pingendi imperitorum figuris orta mihi videtur de WALLENRODII tetra facie fabula.

§. XI. Objiciunt porro annalium scriptores Heroi ad seram posteritatem laudabili WALLENRODIO, illum nimia cupiditate bellandi flagrasse. (*a*) Sed denuo inconsiderate judicant. Non

(*f*) Dan. Otto in Dissert. de Jure publ. Imp. Rom. p. 460.

(*g*) Corn. Nep. ib. c. 7.

(*h*) Vid Acta Philosoph. part. I. p. 126 seqq. aliter sentit deformemque statuit M. Frid. Mentz. in Dissert. 1716. Lips. ed. quæ inscribitur: Socrates nec officiosus maritus nec laudandus paterfamilias.

(*i*) Ev. Dissert. M. Frid. Gotthilf. Freytagii, ubi narrationem Planudæ de insigni deformitate Æsopi refellit. Lips. 1717.

(*a*) Alle sein Sinn und Gemüht stund zu kriegen Henneb. Erklährung der Preuß. Land-Tafel p. 295. it. in der kurtzen und wahrhafftigen Beschrei-

Non enim apud WALLENRODIUM ratio Cyri, bellum pulcherrimam ac honestissimam rem appellantis, (*b*) valebat, nec imperii proferendi causa (*c*) nec ut inclarescceret, bellum movebat, quin potius communi totius Ordinis suffragio jussuque cum nondum Præfecti munus obtinuisset, ut bellum appararet, ac conficeret, commovebatur. Cumque posthæc ad Præfecti totius Ordinis dignitatem pervenisset, pacem sæpe bello parere debebat, ne hostium direptionibus vexati ac exhausti suarum regionum incolæ prorsus perirent. (*d*) WALLENRODIUM ergo

schreibung des Landes Preussen! adde Waisselii, Daubmanni, Anonymi Belgæ, Hartknochii scripta, ut & D. Jo. Casp. Venator. Histor. Bericht vom Marianisch Teutschen Ritter-Orden lib. 2. c. 1. Schutzius fabularum ineptiarumque Grunavii perquam studiosus, ut ita loquar, epitomator, WALLENRODIUM nominat virum der nichts weniger als den Frieden liebte in Hist. rerum Prussicarum.

(*b*) Ita dixisse Cyrum refert Scipio Ammiratus in Dissert. Polit. in C. Tacitum p. 707.

(*c*) De bellis ob imperii ampliationem susceptis, quid sentiendum; indicat. B. Mich. Schreiber Eloqu. ac Hist. P. diss. 1707. Reg. edita.

(*d*) WALLENRODIUM ab hac criminatione liberat Autor der Hoch-Meister Chronik ita scribens: Zu Kriegen stund all sein Sinn sonderlich

ergo justissima pro salute omnium bella gerentem laudandum iisque annumerandum esse censeo, quos publicæ rei victimas seu sacrificia status appellant. (*e*)

§ XII. Tertia quam splendori WALLENRODIANÆ vitæ adspergunt scriptores hæc est macula: Illum summi honoris adeo sitientem fuisse, ut Principis nomen, quo Præfecti Ordinis caruerant appetierit, ac Principum more in Edictis; *Nos Dei gratia* scripserit. (*a*) Hocque ambitio-

derlich wieder die Pohlen *NB.* welche dem Orden viel schaden und zu kurtz gethan hatten / quam justam bellorum, quæ Polonis intulit causam pariter annotavit Waisselius in Chron. p. 127.

(*e*) De Sacrificiis seu victimis status disseruit A. 1692. D. Jo. Schultzius Gymn. Ged. Insp.

(*a*) Das ist der erste Hoch-Meister gewesen / der einen Fürstlichen Titel geführet und nach Fürsten Art und Gebrauch seinen Nahmen in den Briefen oben ansetzen lassen. Grunav. tr. 13. c. 8. in Chron. MSt. Schutzius Hist. rerum Prussicarum: Er schrieb sich am ersten von GOttes Gnaden / cui adstipulatur negligentia alios evolvendi velut scabie infectus M. Frid. Buthnerus Prof. quondam Math. Gedan. in Calend. 1674. edito add. Duisburgius in Chron. Pruss. Hartknoch. opera edito p. 434. Waissel. Henneberg. Anonymusque Belga in libris quos toties jam nomi-

bitionis exemplo WALLENRODIUM id effeciſſe, ut & Equites Mariani rejecto *fratrum* modeſto nomine, ſe *Dominos* omni poſthæc tempore dici voluerint. (*b*) Ad hæc regero 1.) Pontificis Cæſarisque Romani voluntate arrogabat ſibi Principis nomen WALLENRODIUS, qui Ordinis Præfectum jam pridem, ſcilicet Herm. de Saltza tempore in numerum Rom. Imp. Principum retulerat. (*c*) 2.) Principum imo Regum po-

te-

minavi. Nihil vero hac de re in der Hoch-Meiſter und Radewalts MSt. Chron. nihil in typis expreſſo Daubmanni Chron. legitur.

(*b*) Er ordnete daß ſein Groß-Compthur, Marſchall/ Spittler/ Truchſes und Trappierer, auch alle ſo gebohrne Herrn waren/ Fürſtliche Titel führen ſolten. Referunt hoc Henneberg. Waiſſel. Anon. Belga ac Schutzius, qui addit, daß die Ritter da ſie Creutz-Herrn ſeyn wolten/ dagegen von den Unterthanen Creutziger genennet worden.

(*c*) Idem in Chron. p. 16. Ich finde beym Goldaſto Tom. 2. Conſtitut. Imperial. f. 86. daß ſchon a. 1338. Käyſer Ludovicus aus Bayern Dietericum Oldenburgiſchen Grafen/ und den XVI. Hoch-Meiſter Principem ſuum nennet man conferire Lud. Liebhards exercitationem Hiſtoricam de Inclyto Teutonicorum Ordine A. 1672.

in

testate utebantur Mariani Ordinis Magistri, nobiles in equestrem Ordinem Viros recipientes. (d) 3.) Ambitionis ob id ipsum WALLENRODIUS neutiquam incusari potest, nam præter tot late patentes agros, scilicet amplissima per Bohemiam Ungariam Germaniamque diffusa, quæ Mariani Ordinis erant prædia, (e) Borussia, Samogitia Livonia, Nova Marchia Lituania &c. provinciæ profecto populosissimæ, magnumque Terminorum ambitum habentes, sub potestate Cruciferorum erant, (f) ut adeo Ordinis Magister non Principibus saltem, sed & Regibus potentissimis nihil quicquam autoritate concederet. (g) Confirmat hæc Perillustris Mæcenas: Ern. de WALLENROD in Apolog. sic inquiens:

Der

zu Barcuth gehalten thes. 9. hæc verba extant in annal. Grabian. MSris WALLENR. familiæ de quibus in fine dissert.

(d) Vid. Prætor. in Hist. Vitæ WALLENR. cap. 1. in princip.

(e) Idem p. 296.

(f) Henneberg. p. 14. seqq.

(g) In der Hoch-Meister Chronik fol. 15. b. hæc legimus: Der Herr Hoch-Meister T. Ordens ist gerechnet gleich einem großmächtigen Könige / von wegen seines Standes / Ehr und Würden / er hat noch 2. Meister unter ihm / als den Meister in Teutschland und den Meister in Liefland welche als Fürsten gerechnet sind.

Der Hoch-Meister Conrad von WALLENROD war ein Beherrscher über solche Länder/ die einem prächtigen Königreich nicht weichen dörfften/ Preussen allein so dieser Hoch-Meister besessen/ war einem guten Königreich zu vergleichen/ wie es denn auch vor ein Groß-Hertzogthum allemahl ist gehalten worden. Nebst diesem hat der Orden das Hertzogthum Samaiten/ so 8. Fürstenthümer in sich hielt/ das Fürstenthum Liefland so XI. Fürsten erhalten/ das Fürstenthum Pomerellen auch zum Theil Pommern biß an Stolp inclusive, darauf ein Compthur gehalten worden/ das Fürstenthum Michelau, das Fürstenthum Dobrzyn, ausser dem was sie in Groß-Pohlen/ worin 8. Compthureyen des Ordens gewesen/ so sie ehmahls mit dem Schwerdt erworben/ besessen. 4.) Si Principis titulum immerito sibi WALLENRODIUS arrogasset, Poloniæ ac Lituaniæ summi rectores de insolenti ac inaudito hactenus nomine cum WALLENRODIO expostulassent, quod tamen factum esse ex historiarum monumentis non pateret. 5.) Illud vero (sunt hæc Hartknochii verba) (*b*) quod scriptores nostri vulgo referunt, Conradum WALLENRODIUM titulum dignitati suæ convenientem sibi sumsisse, atqualios

(*b*) Dissert. 18. de milit. veterum Prussorum p. 393. quæ cum aliis uti notum Duisburg. Chron. annexa.

aliorum Principum more, nomini suo præfixisse illud usitatum: Nos Dei gratia, utrum *NB.* probari queat ex antiquis monumentis, dubito Nam & subsequentibus temporibus nonnisi hic titulus fuit in usu. Nos frater Conradus, Ordinis fratrum Hospitalis S. Mariæ Teutonicæ domus in Hierusalem generalis Magister. Ut taceam illis temporibus titulum illum Nos Dei gratia, non tam fuisse signum autoritatis, atque dignitatis quam professionem aliquam modestiæ & pietatis, qua se Dei benignitate ad dignitates ejus generis evectos testabantur reges & principes. (*i*) H. I. Quod reliquum est non Conrado WALLENRODIO, sed Conrado Zœlnero de Rotenstein imperante, (*k*) aut ætate Winrici de Knip-

ro-

(*i*) Aliam hujus tituli vim olim fuisse ingeniose satis probat Autor Obs. 9. quæ Tom 3. in den auserlesenen T. Anmerck. legitur, evol. §. 28. 29. 30. cum quo tamen me idem prope sentire fateor.

(*k*) Sub Conrado Zœlnero de Rotenstein illi (Cruciferi) titulum fratrum ut suæ dignitati non convenientem fastidire atque titulum Dominorum sibi vendicare cœperunt. Restitit quidem huic rei Magister statuta Ordinis subinde ipsis in mentem revocans, sed frustra superbiæ effervescenti obicem posueris, inquit Duisburg. in Chron. Pruss. p. 434. aut potius incertus supplementi

rode, (l) aut jam ante hæc tempora, (m) Dominorum nomen Mariano Ordini addicti jure sibi

 sum-

menti autor eo loco. ev. Grunav. tr 13 c 8. Waissel. fol 126. Hoch-Meister Chronik fol. 631. b. idem nobilissimorum forte Poloniæ historicorum in hanc opinionem adductus, testimoniis Joach. Pastorius de Hirtenberg in Floro Polon. lib. 3 c. 1. p. 134.

(l) Ita Magn. BRAUNIUS cujus prolixa in cunctos, qui literariæ rei commodis invigilant est voluntas, in literis ad me sua manuscriptis judicat: Moneta quantum nobis restat videre antiquissima Ordinis contrarium testatur. Nam in scotis & solidis Wynrici a Kniprode Magistri: alterum latus jam exhibet titulum: Moneta Dominorum Pruciæ, hic vero Wynricus ab anno 1351. usque 1382. ante WALLENRODII magistratum vixit.

(m) Es war beweißlich ita loquitur Perillustr. WALLENRODIUS in Apol. MSta. daß schon vor 50. Jahren unter Dieterich Grafen von Oldenburg / auf den so genandten Schillingen folgendes Gepräg gefunden worden: Moneta Dominorum Prussiæ, auf der andern Seite ein Schild mit einem Adler / wie der Hoch-Meister führte / mit den Worten: Frater Theodoricus Magister, vid. Henneberg. p. 453. Waissel. p. 115. b.

sumserant. (n) Ut adeo historicorum aliter sentientium procacitatem, aut annalium libros pervolvendi negligentiam satis mirari non possim; Conradi quoque nempe Zœlneri non successoris WALLENRODII nomine inductos, in hunc errorem incidisse, firmiter credam.

§. XIII. Grave pariter, ast iniquum & maligne excogitatum, quod WALLENRODIO inferunt, est probrum. Illum scilicet a parentibus sibi populis intolerabilia exegisse tributa, (a) nec Cle-

(n) Die Ordens-Ritter hatten das gröste Ansehen in Teutschland und andern Ländern / sie liessen in ihren sehr wichtigen Aembtern eine fast Fürstliche Autorität von sich sehen / waren alle gebohrne Herrn aus dem älliesten und berühmtesten Adel entsprossen. Joannes Lindenblat jam ab A. 1266. perpetuo in suo Chronico Ordinem Crucif. titulo Dominorum Pruzziæ honoravit, inquit Magnif. Braun. l c. Prætorius itæ scribit: Es war dazumahl der Orden der Brüder / des Hospitals St. Marien / des T. Hauses von Jerusalem durch gantz Europa in grossem Ansehen: als in welchen die tapffersten Soldaten / denn auch die in Gött- und Weltlichen Rechten gelehrteste Leute geschickt waren ein Käyserthum zu regierete. l. c. cap. 4.

(a) Sic Buthnerus in Calend. judicat: Dieser ist der erste gewesen / der das Land und Städte wie-

Clericos exemisse, (b) sicque dum inusitatarum plane indictionum fuit autor, provincias eundem prorsus exhausisse, (c) ut adeo Tyranni nomen (d) utique WALLENRODIO imponi debeat.

wieder ihre alten Freyheiten und Rechte mit ungewöhnlichen Auflagen und Schatzungen gedrücket und ausgesogen / atque hæc ex Schutzii Hist. rerum Pruss. imprudenter descripsit, vid Jo. Casp. Venator im Histor. Bericht vom Marianisch. T. Ritter-Orden lib. 2. c. 1.

(b) Er war so gottloß und unverschämt / daß er auch der Kirchen / Klöster und Hospitalien nicht verschonete / sondern dieselbe imgleichen schätzte ꝛc. also daß in gantz Preussen nicht eine Kirche / Kloster oder Hospital so gering und unvermögen war / daß nicht diesem Hoch-Meister jährlich zum geringsten 10. oder 6. fl geben muste Schutz. inquit l. c. Vomitum mihi movet Buthnerus idem iisdem fere verbis repetens, evol. Henneb. Erklährung der Preuß. Land-Taffel. pag. 297. *Radewaltius* in Chron. MSt. fol. 96. a.

(c) Es ward eine grosse Accis über das gantze Land Preussen geleget / diese schwere Accise stund 2. Jahr mit grosser Beschwerde des armen Volcks. Waissel. in Chron. fol. 129. magis autem aculeata sunt verba quibus utitur Schutzius in Chron.

(d) Er war ein rechter Leute Schinder / ließ zu

Impudens autem hæc criminatio quod nihil valeat, jam indicabo. 1.) WALLENRODIO publicam Cruciferorum rem administrante, una tantum indictio subditis est imposita. (e) 2.) hocque summa coactus necessitate fecit Ordinis Magister, ut sufficientem pecuniæ vim haberet ad conscribendos milites, qui Jagellonis ac Wittoldi in Cruciferorum terras prædatum sæpe exeuntium societatem dissolverent, horumque conatus reprimerent. (f) 3.) Hoc tributum facile hnjus regionis pensitare poterant incolæ, qui ea tempestate crebris in Samogitiam, Lituaniamque irruptionibus & locupletati (g) & quæstuosam fecerant

zu sich wie ein Wolff inquit Jo. Radewalt in Chron. quod in bibl. Reg. reconditum esse, scimus fol. 16. Tyrannus dicitur, gentium benignissimus rector WALLENRODIUS, vid. Schutzius in hist. Henneberg. in der kurtzen und warhafftigen Beschreibung des Landes Preussen / eo loco, ubi de WALLENRODIO verba facit. Anon. Belga Pittacorum more dicta horum repetit, in Chron. L. Belg. scripto.

(e) Ita nec sine ratione sentit, in quo Musis elegantioribus multum hac tempestate est præsidii Vir Perillustris Jo. Ern. de WALLENROD in Apol. MSt.

(f) Henneberg. Erklähr. der Preuß. Land-Taffel. p. 50. evol. Prætorius l. c. cap. 13.

(g) Idem ib. p. 336.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1759317691/phys_0366
DFG

rant mercaturam, (*b*) & uberrimos ac perquam fertiles agros incolebant. 4.) Magis gravia superiore tempore ordinis Magistri tributa indixerant. (*i*) Tributo autem solvendo & Clericos WALLENRODIUS ideo volebat esse obnoxios, quia res Ordinis Teutonici erant afflictissimæ, 2. quia ut hi pariter tributum penderent, dudum moris erat, (*k*) 3. quia cum hactenus sua sponte Cruciferis, aut gentium Domini, aut viri multum in bello versati ac nobilissimi cum multis in auxilium venerant copiis, clericorum calumniis Ordini Mariano infestissimi id jam agere recusabant, jam stipendiis atque præmiis sane amplissimis in hanc ut venirent regionem, invitari commoverique debebant, (*l*) hi ergo tot impensarum autores clerici, ut modicum solverent tributum, par erat. 5.) Et profecto absonum est cum Historici WALLENRODIUM Clericis præcipientem ut pro patrimonii modo quisque conferret, tam

(*b*) Schutzius p. 80. seqq. it. 99.

(*i*) Henneb. ib. 295. Grunav. tr. 13. c. 15. Waissel. fol. 125.

(*k*) Die geistlichen Güter musten Pflug-Korn an statt der Contribution geben / Henneberg. p. 283. ja der Bischoff selbst hatte dem Orden solches zu seiner Defension verschrieben / vid. Mislenta Dissert. procœmiali in manuale Prutenicum.

(*l*) Henneb. p. 14. 24. 33. 50.

vehementer reprehendunt, Rom. enim Imperatores quoties cum Turcis bellum exarsit, Hispanorumq; Regem Sabaud. Ducem ac Rom. Imperatorem jam pugnantes, a clericis sæpe vectigalis loco, donum gratuitum exegisse, inter omnes rerum vel olim gestarum, vel quæ adhuc geruntur, conscios abunde constat. Odiosum Tyranni nomen WALLENRODIO tribuamus, nefas est, tyranni enim proprietates in eundem nequicquam quadrant, (*m*) quin potius quod beneficentissimus princeps communisque utilitatis conservator fuerit, aurum ejus jussu signatum (*n*) & quod crescente annona eam temperare studuit, (*o*) satis su-

(*m*) Tyranni notas, si placet scire, evolv. V. C. Mart. Hassen. Dissert. 1717. Witt. edita, qua Characteres tyranni in Oliverio Cronwello exposuit, add. pererud. Casp. Sagittarii de Tyranno Dissert. Jenæ 1675. edita, & nil minus quam tyrannum nominari posse WALLENRODIUM ex iis quæ in hac Diss. de tyranno dicuntur, patebit.

(*n*) Vid §. 8. in principio.

(*o*) Radewalt. Chron. fol. 98. a. Waissel fol. 128. b. Castri Tapiavienſis nondum satis exstructi WALLENRODIUS curam agebat illudque plene constituebat, hinc cum summa vilitas annonæ eo tempore esset, magnam in spatiosis ejusdem atriis frumenti vim congerebat, & cum paulo post in Borus-

superque confirmat. Quod reliquum est, quia tributum imperavit, plane non reprehendere illum possunt, si saltem considerent effatum Taciti: neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi possunt. (p) Cum tributa sint ornamenta pacis & belli subsidia. (q)

§. XIV. Neque id porro Historicis placet, WALLENRODIUM tot e Polonia, Curonia atque Litvania in Borussiam advenas cives fecisse ac suburbia condidisse. (a) Quærenti cur id Ord. Magister fecerit, maledici conviciatores ita respondent: Er hoffte mit derselben (scilicet novorum civium) Hülffe und Beystand die Städte desto ehe zu zwingen / ja dadurch ist den Bürgern in den Städten ihre Nahrung entzogen worden. (b) Ad hanc criminationem respondeo. 1.) Ec-

Borussia frumenti magna erat inopia, incolis catervatim advenientibus, frumentumque expetentibus, Pater Patriæ benignus hic WALLENRODIUS quantum vellent erogabat; vid. Prætor. l. c. c. XI. qui refert hoc factum esse, cum WALLENRODIUS nondum Generalis Magister Ordinis esset.

(p) Lib. 4. hist.

(q) Cicero Orat. pro lege Manilia.

(a) Vid. §. 4. præced.

(b) Buthner. in Calend. A. 1674. qui denuo quæ

quis Schutzio ac Buthnero WALLENRODIUM cum peregrinis in perniciem indigenarum conspirasse, manifestavit? Ex quo, id audacter asserentes, annalium scriptore hauserunt, sane figmenta nugæ ac petulantis linguæ dicta sunt, quibus optimum Principem WALLENRODIUM infectantur. Contrarium refert Jo. Lindenblat in Chron. MSto. Deser Meister was sere gefurcht von sinen Gebietigern vnde Herrn des Ordens/ wender her nicht wolde/ daß sie Gewalt tetin ern armen lüten. Ouch was hee sere gefurcht von den umb Lantseßin (quod Amplist. atque Consult. BRAUNIUS ita interpretatur; er wurde gefurcht a vicinis) Herrn den Hertzogin odir wer sie worin. Ouch thate *NB.* hee gütlich vnde was milde sinen Rittern vnd Knechten Steten vnd dem Lande. 2.) Maximam huic genti fidem habens, non eidem nocere, sed hostium opes minuere WALLENRODIUS tot exteros recipiens, volebat. Hierunter (c) suchte der Hoch-Meister Pohlen und Litthauen von dem vermögensten Volck zu schwächen; Denn je mehr Leute aus Pohlen und Litthauen hier in Preussen zogen/ je mächtiger wurd der Orden an Mannschafft. Je mehr aus Pohlen und Litthauen zogen/ je mehr wurd Jagello an Mannschafft geschwä-

quæ refert, ne quidem mutatis verbis e Scutzio descripsit.

(c) Verba hæc sunt Viri Perill. in Apol. MSta.

schwächet/ und was hier dem Lande an Volck zuwuchs/ das nahm dort wieder ab. So konte auch der Orden durch diese Leute (scil. novos cives) die beste Correspondence unterhalten mit seinen heimlichen Freunden in Pohlen. En virum admiranda prorsus rempublicam recte administrandi prudentia instructum. 3.) Qui tot Borussiam castellis in finitimas hostium regiones quasi clavibus (*d*) communiverat, Conradus noster Ord. Præfectus, tot ad habitandas urbes missis invitatisque colonis populosissimam efficere cupiebat. 4.) Tot e finitimis regionibus advenas ut benigne exciperet, par erat, nam Ordinis Magistrum non crudeliter imperare, sed potestatem bonitate retinere, firmiter credebant. 5.) Quod Anglis, Batavis, Gallis ac Gedanensibus in hac regia jam est concessum, ut vel domus suas constituant, vel aliquantisper commorentur, innumerarumque rerum cum civibus nostris habeant commercia, idem Livonis, Polonis, Samogitisque ut facerent WALLENRODIUS quondam permisit. 6.) Jus Civitatis, (hac autem ratione fundatum olim est Romanæ gentis imperium

(*d*) Arces munitas vulgo die Gräntz-Häuser clavibus regionum annumerandas esse censeo, de his autem disseruit in Miscell. Lipsi. Tom. I. Obs. XXIV. p. 283. seqq. M. Georg. Andr. Vinholdus.

rium,(e)) ideo peregrinis concedebat, ut hisce blandimentis integras provincias abalienaret, subque suam potestatem redigeret, Vir summæ prudentiæ Conradus Ordinis Magister; quem quoque quod suburbia hinc inde condidit, maxime laudandum esse saniores quique concedent: Es gereicht ihm solches zu grossen Ehren / und haben die grossen Städte in Preussen ihm davor zu dancken / daß Er sie zu solchem Flor gebracht --- Und wie hat er allein gesündiget / daß er neue Städte angeleget / da andre nicht wegen Anlegung anderer Städte getadelt worden --- Ists nicht eines Königs und grossen Herren gröste Kunst und bringt ihm die gröste Ehre / wenn er aus einem Dorff kan eine Stadt machen? (f)

§. XV. Multis autem WALLERODIUM convitiis ideo Annalium Scriptores proscindunt, quod Clericis se inimicũ varia ratione ostendit.(a) Sed

(e) Hoc ex Flori lib. 1. c. 1. probat Chr. Ad. Rupertus, Hist. quondam Prof. Altorf. in Observ. ad Flori rerum Romanarum libros 4. p. 64. & 65.

(f) Hæc quoque in Apol. WALLENROD. MSta. extant.

(a) WALLERODII conceptum in Clericos odium multis commemorant verbis, omnes præter Lindenblatium scriptoret, der Hoch-Meister war den Pfaffen und München feind / verachtet sie

Sed jure (b) laudatissimus Ordinis Magister Clericis olim succensuit. Hi namque vitam omnibus

sie sehr und pflag zu sagen / in einem jeglichen Land solt man nur einen Pfaffen nebst dem Bischoff hoch in einer Kammer halten / daß er niemand irrete / vid. Hoch-Meister Chronik fol. 110. b. Henneb. in der Erklärung der Preuß. Land-Tafel hæc confirmat id simul addens: Seine Chor-Herren hieß er Hundjungen; In der geschrieb. Ordens-Chronik hæc tantum consignata legimus: Priester und Mönche verachtete hee sehr / idem extat in dem Hans Radewalts beygefügten Auszug aus der Chronik des T. Ordens / fol. 22. b. In Radewaltii Chron. MSto hæc: Er leerte den Priestern mores, fol. 96. a. conf. Schutzius p. 98 Daubmannus in Chron. sub titul. WALLENROD Anon. Belga p. 29. Hartknoch. im A. und N. Preussen part. 2. c. 2. p. 305. D. Joh. Casp. Venator im Histor. Bericht vom Marianisch Teutschen Ritter-Orden lib. 2. c. 1.

(b) WALLENRODII erga Clericos odium excusare videtur Waisselius in Chronico fol. 127. a. Dieser Hoch-Meister / ait, war Mönchen und Pfaffen gehäßig / konte sie nicht um sich leiden / margini vero hæc adscripsit verba: Vielleicht nicht ohne Ursach. Hartknochius expresse tam gravis odii veram indicat causam sic scribens; Er hielte

bus inquinatam vitiis agebant. 1) ad sacra procuranda electi cultum Numinis prorsus negligentes, venaticos tantum canes curæ sibi habebant, hinc merito WALLENRODIUS eos nominabat: ihr Hundsbuben ihr Hundsjungen. 2.) S. Codicem non perlegentes, libidinis turpissimæ non solum amatores, sed & procaciissimi laudatores erant. (c) 3.) Nemini misericordiam tribuentes, uxores ob formam conspicuas hi pullati scortatores abducebant. (d) 4.) Principum virorumque illustrium vitæ domestici acerrimique insidiatores non videbantur, sed utique erant. 5) Sub religionis specie (durch Ertheilung des Ablasses) neutiquam concessas sibi decimas nummumque Petri denarium extorquebant, (e) cum ab eodem ut immunes essent Cruciferi, ipse Pontifex concesserat. (f) 6.) Collectam pecuniæ vim

hielte nichts von den Pfaffen / vielleicht weil er ihr ruchloses Leben gesehen und detestiret / im A. und N. P. p. 305.

(c) Sie haben sich ihrer Hurerey und ruchlosen Lebens nicht geschämet / sondern so gar deswegen Denckmahle / als zu Marienwerder / aufgerichtet / Henneb. p. 309.

(d) Id. p. 34. Sim. Grunav. tr. 13. c. 17.

(e) Schutzius fol. 87. b.

(f) Henneb. p. 283. tacite id confirmat B. Jo. Georg. Neumannus Theol. Witteb. celeberr. in

vim aliorsum avehebant, (g) hinc incredibilis sæpe apud plurimos pecuniæ angustia & inopia erat. 7.) Impudentes monachi uti se jam in Austria gerunt (h) hic pariter ea ætate prædia maxime fructuosa, nobilissimasque urbes peculii loco postulabant, (i) cum tamen id execrandis jam effecissent consiliis, ut Varmiensis provincia nuper a Cruciferis occupata, jam alienata in Imperii Rom. po-

in Dissert. de Regibus Pont. Rom. stipendiariis, ubi quod & Borussia R. Pontif. exsolverit S. Petri denarium, ob defectum historicorum id affirmantium, probare non potuit, est hæc Dissert. 6ta inter Primit. Dissert. Acad. Witt. editas. Præclare Ordinis Teutonici immunitatem a tributo nummi denarii S. Petri probat, Prætorius. l. c. cap. 13.

(g) Henneb. p. 334. Grunav. tr. 14. c 2.

(h) De amplissimis divitiis, quas Clerus Romanensis in ditionibus Austriacis possidet, disseruit M. Jo. Christ. Weidlerus Ord. Phil. Adj. Jenæ 1715.

(i) Dieser Bischoff Jo. Streiffenrock zu Heilsberg / begehrte von dem Hoch-Meister unterschiedliche grosse Aembter und Städte / nehmlich die Stadt und Ambt Rastenburg / Barten / Seheſten / Ortelsburg &c. inquit, Prætorius l. c. cap. 12. & quæ dicit ibid. Grunavii ac Hennebergeri testimoniis confirmat.

potestatem veniret. (k) 8.) Pontificem atque Cæsarem Equitibus Marianis jam valde infensos, magis magisque contra eosdem excitabant. 9.) More dudum inveterato (l) sacrum panem (die Hostien) calicemque veneno inficiebant. (m) 10.) Ad bella Cruciferos inducebant, illorumque fax & tuba erat potissimum Jo. Crapidolda Cojensis Episcopus (n) Num ergo WALLENRODIUS clericos omnium scelerum architectos, odio habens increpandus? Num, quod Henr. Jul. Ducis Brunswicen nummis impressum est effatum: GOttes Freund der Pfaffen Feind, quia sæpe pronunciavit, (o) vituperandus? Neutiquam! mente captus atque penitus a vero aversus est, qui ob odium erga Clericos WALLENRODII criminatorem se præbet. Quodsi Wenceslaus

(k) Grunav. tr. 13. c. 3.

(l) Evol. B D. Jo. Frid. Mayeri, Diss. Witt. 1703. ed. 1709. rec. de hostiis & calice venenatis & quidem §. 4. 5. 6. 7. 9. 10. huc spectat Principis in Lubecensium splendida urbe Theologi, Viri ætatem a me venerandi. D. Georg. Henr. GOETZEN, Diss. de mensis Pontificiorum venenatis 1715. Lub. edita.

(m) Schutzii Chron. p. 88. de Jesuitis tot bellorum auctoribus lectu digna Weidleri modo laudata est dissertatio eiusque §. 15.

(n) Henneb. p. 298. Grunav. tr. 14. c. 3.

(o) Henneb. p. 37.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1759317691/phys_0376
DFG

ceslaus Imperator prope inter martyres referendus & odium ejus erga Clericos Pontificiorum & quod Hussio faverit, causæ sunt cur tam male audiat; (p) idem sane de WALLENRODIO justum in Clericos omnis nequitiæ autores odium profundente, Leandrique fautore judicandum arbitror. Nec tam Clericos generatim, quam eos turpissime viventes, capitali Conradus odio est prosecutus. Quippe ex pœnarum remissionibus criminumque condonationibus, (vor den Ablaß) ut multum pecuniæ colligerent, iis alias concessit (q) 2. Cum civile bellum inter Braunsbergæ incolas & Episcopum hujus urbis Henr. Zurbonum exarderet, hi Cruciferorum imperio se subjiciendi animum habebant, sed qui Warmiam facile tunc subjugare potuisset, detestabatur Braunsbergensium perfidiam, Zurbonoque Præsuli ultro in auxilium veniens id efficiebat, ut genua submittentes seditiosi, eximiam pristino Domino multam solverent. (r) Cœterum apte hic Hartknochii

(p) Ita sentit Ill. *Thomasius* Quæst. s. Dissert. 9. quam continet Volumen 12. illarum quæ sunt adjunctæ publ. Dissert. Celeb. Autoris de Ratione Status.

(q) Henneb. p. 334.

(r) Id. p. 37. der Raht muste mit den Stricken um den Halß dem Bischoff entgegen kommen/ um Gnade bitten und 2000. fl. Ungr. Straffe geben / hoc confirmat Prætorius l. c. c. 54.

chii sententia quadrat: Dieser WALLENROD hat bey der Preußischen Geistlichkeit einen bösen Nahmen bekommen / so daß sie ihn vor den gottlosesten Tyrannen ausgeschrien / da ich doch nicht zweifle / sie würden von ihm viel guts geschrieben haben / wenn er sie nur hätte bey ihrem thun zufrieden gelassen. H. I. Treterum qui contumelioſe in WALLENRODIUM invehitur, (s) ut refellam supervacaneum censeo, nam ex adductis jam rationibus, quod mendacia dixerit calumniasque jejunas effutiverit, patet.

§. XVI. Impense (a) tamen, hæc pariter alta criminantium historicorum vox est, impense inquam favit WALLENRODIUS Leandro, ob impias, (b) quarum strenuus sectator fuit doctrinas e Gal-

(s) Consignavit Treteri verba Hartknoch. p. 465. im A. und N. P. adducere illa & vereor, & cum nugæ sunt, nolo.

(a) Diesen scil Leander hielt der Hoch-Meister für seinen heimlichsten Raht Henneb. Erklär. der Preuß Land-Tafel p. 297. Grunav. tr. 13. c. 15. Nihil de Leandro in Chronicis Joh. Lindenblat. Der Hoch-Meister/Radewalt. (quæ omnia nondum typis expressa sunt) legimus.

(b) Impias fuisse Leandri doctrinas ex fide dignis scriptoribus non potest probari. Henneberg. quidem l. c. scribit: Er Leander vertheidiget nicht

e Gallia proscripto, huncque & monstrosas orationes habentem, & suas theses contumaciter

 tuen-

nicht allein Ehebruch und Unzucht; sondern lobte auch solche Laster. Grunav. id confirmat & tres, 6. thesibus, quæ 9. hoc inserui, adjungit, sed fuit monachus tot fabularum, tot mendaciorum & amator & autor, cui ut in aliis rebus exiguam, ita in hoc negotio, cum ipse fuit Clericus, Leandro maxime infensus, nullam fidem facimus. Aliter sentiunt Hartknochius in der Preuß. Kirchen-Historie p. 246. im A. und N. Preussen p. 465. Der Hoch-Meister, inquit, sahe daß dieser Leander viel Sachen dem Wort GOttes gemäß lehrete / addatur Schutzius in Hist. rerum Prussic. a Grunavio acerrimo Criminatore dissentiens ac mitius uti Hartknoch. judicans. 2. quid docuerit Leander incertum est, quia nihil scriptum reliquit, leves ergo quicquid illum sensisse dicitur, sunt conjecturæ, ut recte Hartknoch. l c judicat. 3. Non est probabile, Leandrum quæ refert Grunavius th 7. 8. & 9. docuisse, alias (α) in thesibus ejus esset contradictio, quod a prudenti Viro qualis fuit Leander alienum, (β) Leander aut Waldensium aut Albigensium cœtui fuit addictus, sed quæ Grunavius illi affingit th. 7. & 9. nec Waldenses nec Albigenses docuere, cv. Ehre GOtt Daniel Colberg im Platonisch-Hermetischen Christenthum part. I. p. 379. utriusque sectæ scita enarrat.

tuentem non coërcuit, usque dum tandem hæreticorum commune (c) subiit fatum, ac misere est extinctus. NB. Incertus quanquam vulgaris erat, de Leandri e Gallia proscriptione rumor. 2. Nondum Albanus quod a recte sentientium cœtu desciviſſet, convictus erat, alias enim jam in Gallia condemnatum, cremaſſent. 3. Erat Leander WALLENRODIO in deliciis, quod forte cœteros prudentia præstabat, divinarumque literarum scientia multum instructus erat. (d) 4. Leandri, non ejus causæ suscipiebat patrocinium Conradus Ordinis Magister, Leandri inquam, nec ut graviter eo ipso Clericos offenderet, (e) sed ut idem

(c) De hæreticis misera morte extinctis evol. 2. Disp. Witt. editæ a M. Reinh. Dietr. Voigtio Gedan. A. 1716.

(d) Er scilicet WALLENRODIUS unterhielt bey sich einen Schrifftgelehrten Mann / D. Leandrum Albanum, denselben ließ er öffentlich NB. predigen / daß ihn jedermann woll hören und seiner Lehre beypflichten möchte / Schutzius in Hist. rerum Pruſſ. idem affirmat Venator im Histor. Bericht vom Marianisch. T. Ritter-Orden lib. 2. c. 9. Leandrumque vocat ein Volcks-Verkehrer.

(e) Dieser Hoch-Meister unterhielte diesen D. Leander nicht / damit er der Mönche böses und ärgerliches Leben desto mehr möchte zu schanden ma-

idem, cum Clericis in Theologia disputando versaretur. 5. Longe a Pontificiis, efficta sibi sacra tenaciter servantibus Leandrum dissensisse, sanctæque religionis nostræ, (posthæc Lutheri opera emendatæ) mysteriis, jam eo tempore non parum adsensisse videtur; hæc enim libere est professus.

1. Er lehrete / daß alle die jenigen so Pfaffen / Mönche und Nonnen aufhielten und nähreten / der ewigen Verdammnüß schuldig wären / indem sie lauter Müßiggänger / faule / träge und kein nützige Leute erhielten / wieder GOttes ausdrücklichen Befehl / der alle Menschen nach Adams Fall zur Arbeit / und nicht zu solchem Müßiggang verordnet und erwehlet hätte.

2. Item, daß die Fürsten / Herrn und andre die mit ihren Unkosten solche Clöster / die nichts anders wären denn Schanddeckel / Winckel / Asyla und Auffenthalt / nicht allein verlauffener Leute / sondern auch aller Bubenstücke und Hurerey / erbauet hätten / GOtt dem Herrn keinen Dienst daran geleistet / auch derentwegen nicht wären seelig worden. Die auch noch bey lebendigem Leib auf solchen Dienst vertraueten / könten nicht seelig werden / so lang solche Clöster und Gestiffte / als gewisse Anzeigungen Domicilia

machen / wie ihm solches ohne Grund von Schutzen und dem Calenschreiber Buthnern beygemessen wird / inquit Prætorius l. c. cap. 54. circa finem.

und Herbergen / Gottlosen Lebens und aller Schande aufrecht stünden und verhanden wären.

3. Daß die Pfaffen und Mönche wären ehrlose und meineydige Ketzer / und nicht werth daß sie unter Christen Leute solten gerechnet werden / als die ihr Gelübde und Eyd / die sie GOtt fälschlich gelobet und geschworen nicht hielten noch halten könten / thäten auch selbst nicht / was sie andern Leuten zu thun und zu halten auferlegten.

4. Item, daß alle die jenigen / welche die Ehe verbieten / und den Cælibatum befehlen dürfften / des Teuffels Leibeigene wären / als die GOttes Ordnung widersprechen und verachteten / welche GOtt selbst zu Erhaltung des menschlichen Geschlechts / noch für dem Fall / und also im Stande des Menschen Vollkommenheit / befohlen und eingesetzet.

5. Daß aller Menschen Leben / Glaub und Seeligkeit bey GOtt gleich gelte / ohne einigen Unterscheid der Geistlichen und Weltlichen / indem der herrlichste Pfaff für dem geringsten Bettler keinen Vorzug hätte.

6. Daß die Messen / Fasten / Feyertage / Gesänge / Ohrenbeicht ꝛc. nichts werth / sondern lauter Menschen-Tand wären / und zu der Seelen Seeligkeit ex opere operato nichts hülffen noch dieneten.

En odii Clericorum totque calumniarum causas. 6. hæc præcipiens Leander non Clericos irritare, sed

sed a pristina sceleratissimæ vitæ ratione, quam dudum cognoverat, volebat deducere. Sed displicebat iisdem rigidus morum censor, atque hinc criminosissime eum insectabantur. 7. Miserandum quidem in modum Leander periit, sed hoc nihil justæ illius causæ ac veritati, quam liberrime fuerat professus, derogat. Violentam aut miseram mortem viri sæpe ex aliis probi obierunt. (*f*) 8. Et Clericorum forte largitionibus corruptus fuit agitator, cujus imprudentia Leander periit.

XVII. Neque omnes Albani sententias probavit WALLENRODIUS, sed muneris memor (*a*) 1. præcepit, ut in conventum Mariæburgensem utraque pars veniret, ac de gravissimis Theologiæ argumentis sermonem haberet. 2. Procacitatem vulgi, religionem vel minuentis, vel penitus fere negligentis, Conradus coërcebat, & tanta animadversionis erat severitas, ut vivi æque ac mortui aperto crimine, quod Deo maledixissent,

(*f*) De eruditis qui aquis perierunt, disseruit Lub. 1715. cujus nobile & gratum apud omnes literarum Cultores est nomen, Vener. Lubecensium Præsul D. Georg. Henr. GOETZIUS.

(*a*) Dieser Hoch-Meister hat sein Gewissen und hohes Ambt mit Ketzerey und dergleichen unanständigen Dingen nie besudelt/ vid. Grunav. tr. 13. c. 16. inquit Patronus summa observantia ætatem colendus, Perillustr. Ern. de WALLENROD in Apol. MSta.

pœnas profecto acerbissimas dederint. (b) 3. Atque ut eo majori contentione omnes sacra procurarent, has leges ferebat, constitutisque ut diligentissime parerent, curabat. (c)

1. Welcher hinführo solche ärgerliche Meinung / wozu der verstorbene Leander durch sein disputiren Gelegenheit gegeben / annehmen würde / derselbe solte an Leib und Leben gestraffet werden / auch da in solcher Meinung einer gestorben zu seyn / von jemand nach seinem Tode erst überwiesen würde / solte er ausgegraben / wie ein Vieh unter den Galgen geschleppet / und daselbst begraben werden.

2. So soll auch der jenige am Leben gestrafft werden /

(b) In solenni Episcoporum conventu hoc Hartknoch. im A. und N. Pr. p. 465. in Hist. E. Borus. p. 247. factum esse refert, mortuo tamen Leandro.

(c) M. Math. Prætorius in Syllab. materiarum operis, Delic. Antiquit. Prussicarum lib. 7. c. 2. §. 16. de Constitut. Tiber. WALLENROD. se verba facturum esse promisit, & forte revera disseruit, nam Berolinum hæ Antiquitates ab autore penitus elucubratæ, nuper sunt avectæ, ut refert Historiæ Patriæ scientissimus Vir M. Mich. LILIENTHAL. in Schediasm. de Scriptor. rerum Prussicarum nuper edito. Atque hæ constitutiones WALLENRODII non aliæ sunt quam quidem illæ quas paulo ante §. XVII. adjunxi.

werden / der in denen von der Catholischen Kirche gesetzten Fest-Tagen nicht fastete / nach Gebrauch den die Kirche pfleget zu halten / und ihm gelüsten liesse alsdenn Fleisch / Eyer / Butter ꝛc. zu essen.

3. Die Fest-Tage aber solten folgende seyn / der Mittwoch / Freytag und Sonnabend / die 4. Quatember des Jahres / die gantze Fasten Quadragesima genannt / ausser dem Sonntag aller Apostel-Abend / S. Philippi und Jacobi ausgenommen / den Abend vor der Geburt Christi / den Pfingst-Abend / den Abend vor Johannis, S. Lorentz, Mariæ Himmelfahrt / aller Heiligen / die 3. Tage vor der Himmelfahrt Christi / den Abend eines jeglichen Kirchspiels Patronen.

4. Doch sollen zu solchen Feyertagen nicht angestrenget werden die Krancken und die zu Bett liegen müssen / wie auch die von tödtlicher Kranckheit neulich waren aufkommen / und noch Schwachheiten bey sich befinden / desgleichen gar alte Leute / it. die Schwangere und Säugende; desgleichen die schwer den Tag arbeiten müssen; doch aber solten auch die deswegen erst Zulaß von ihren Pfarrherrn erhalten / sonsten sie der vorigen Straffe solten fähig seyn.

5. Die gebothene Feyertage seyn das Neu-Jahr / Heil. 3. Könige / Lichtmeß / Ostern / Heil. Leichnams-Tage / aller Apostel-Tage / Johannis-Tag / Laurentii-Tag / Michaëlis-Tag / Aller-Heili-

ligen-Tag / S. Nicolai-Tag / Weynachten 4. Tage / der Patronen-Tag.

6. Die Feyer-Tage von rechtlicher Gewohnheit sollen seyn S. Pauli Bekehrung / S. Albrecht, den stillen Freytag / S. Marcus-Tag halb / S. Petri Stulfeyer / ausser den Fasten beyderley Creutz-Tage / die Tage der Besuchung / Geburt- und Empfängnüß Mariæ, S. Mariæ Magdalenæ, S. Martini, S. Elisabeth, S. Catharinæ, S. Barbaræ Tag.

7. Es soll auch am Leib und Leben gestraffet seyn / der unter dem Ambt der Heil. Messe / und unter andern heiligen Verrichtungen Collation hält / item spatzieren fahren möchte / und nicht in der Kirche wäre.

8. Es soll niemand im Todt-Bette berichtet werden / er nehme denn das Sacrament der Heil. Oehlung / und so er das zu nehmen recusirte / solte man ihm nicht den Heil Leichnam geben / und stürbe er darüber / soll er vom Hencker ausgeschleppet werden / sonst solte er 6. Sonntage vor der Fahnen nackt gehen.

9. Die Gottslästerer und Priester-Schänder sollen nicht in Preussen gelitten werden.

10. Die den Bann verachten / sollen aus der Zahl der Christen ausgestrichen / und gleich den Jüden gehalten werden.

11. Es soll auch keiner in des Ordens-Ländern gelitten werden / der sich nicht ehlich copuliren liesse / sondern eine Concubine hielte.

§. XVIII.

§. XVIII. Hominem sine ulla religione fuisse WALLENRODIUM, præter tot temere ac imprudenter efficta jam convitia, quidam (*a*) adfirmant; quos tamen facile hac scilicet ratione redarguo. WALLENRODIUM (1.) omnibus rebus Religionem scil. Pontific. cui ipse addictus erat, ante tulisse ex hoc patet, quod ex Comitum Habspurgicorum stirpe natam & eximiæ formæ virginem, Mariano jam addictus Ordini nubere, sicq; votum dissolvere noluit. (*b*) (2.) Tuendæ Religionis

(*a*) Gottesdienst vnde geistliche Leuth mocht hee nicht leiden / inquit Autor Chronici MSti. quod mea opinione ab Ord. Chron. parum vel nil differt, mihi autem ut quædam ex eo perscriberem, concessit Vir Amplissimus Reinh. *Rossius*, in Lœbnic. Republ. Consiliar. Hartknoch. in H. E. p. 244. verba Grunavii; Er (WALLENROD) brauchte Vernunfft mit Gewalt / ita ast forte non ex animo interpretatur; er hat die Religion nichts geachtet / und alles nach seiner Vernunfft reguliret / vid. Schutzius rerum Pruss. Histor. ejusdemque denuo testis, summus nugator Buthnerus in Calend. ferocius ita nimirum loquitur: Conradus von WALLENROD, ein Mann der nichts weniger denn die Religion liebte.

(*b*) Vid. §. II. præced. Dieser Rittermäßigen Resolution wegen / hat man ihm nachgehends die

5te

gionis causa nescio a quo & quo tempore jam propositas sanctiones, iterum promulgabat, promulgatasque ut stricte observarent, omnibus ac singulis edicebat. Si vero, quænam harum legum fuerit ratio quæris? en illarum præcipuas. (c)

1. Daß an jedem Feyertage aus jedem Hauß zum wenigsten eine Person zur Kirchen und Gottesdienst kommen solle.

2. Daß kein Verdammeter ungebeicht/ und eh er mit dem Sacrament versehen / abgethan werden solte.

3. Wahrsager / Zauberer / Teuffels-Künstler/ mit Feuer solten verbrandt werden.

4. Daß an heiligen Stäten kein Unfug oder ungeziemtes Wesen vorgehen solte/ bey Verlust des Lebens oder Guts / oder nach gestalt der Sachen.

5. Wer an Heil. Stelle jemand verwundete/ der solt seiner Hand verlustig seyn. ꝛc.

6. Der seinem Pfarrherrn den Zehenden nicht gebe/ der solte für ehrloß gehalten werden.

§. XIX. Magna & turbulenta tempestate maris ea est ratio, ut fluctus fluctum sequatur; sic annalium scriptores ira incensi, vix leniri possunt, jam hac jam alia ratione convitiis WALLENRODIUM incessunt, vere igitur, se contendere posse cre-

---

3te Stelle an angestelltem Ehren-Tisch eingeraumet.

(c) Hæc enumerat cum aliis Schutzius fol. 97.

credunt, Conradum pecuniæ vim ex nimiis exactionibus collectam, scilicet plus quam regias opes, (a) turpiter in prandio (Ehren-Tisch) decoxisse. (b) At neque hæc calumnia multum valet. Nam 1. Ordinis Præfectum unico convivio & quidem quinquies centena millia librarum argenti

(a) Conradum ajunt 500000. Marck per luxuriam effudisse, unica autem libra Prussica tantum olim valuit. Das heutiges 24. fl oder 36. Marck-Preußisch nicht einmahl ein Silber-Marck oder ein alte Marck Geldes machen. Hartknoch. im A. und N.-Pr. Part. 1. c. 2. §. 3. p. 516. Er hat also nach Beschaffenheit der heutigen Müntze mehr als 12000000. oder 12. Mill. poln. Gülden / oder mehr als 18000000. d. i. 18. Mill. itzt gangbahrer Marck verwendet / quod prorsus est incredibile.

(b) Schutzii verbis se confirmare hoc posse credunt, nam is refert: Alles Tisch-Geräth und Trinck-Geschirr muste von lauter Gold und Silber seyn. Der Trinck-Geschirre klein und groß war eine solche Menge / daß aus einem jeden nicht mehr denn ein Trunck gethan ward / und der es ausgetruncken hatte / muste es so fort für das seine wegnehmen und behalten / wer nun viel Trücke thun kunte / der trug die meisten güldene und silberne Kannen und Becher davon / ohne die andern Kleinodien / die den grossen Gästen sonst dabey verehret wurden.

genti effudisse, vel prorsus non referunt, (*c*) vel dubitant hoc factum esse, infensi alias WALLENRODIO historici. (*d*) 2. Impossibile est cum XII.

(*c*) Nulla in Chron. MSt. der Hoch-Meister des Ordens & Radewalt. hujus convivii fit mentio, Jo. Lindenblat in Chron. MSt. convivium non adeo sumtuosum fuisse refert. Hartknochii vero Schutzii ac Buthneri aliter sentientium autoritas nihil valet, nam a nugatore Grunavio ad hoc credendum dicendumque, inducti sunt.

(*d*) Magnopere miror inimicissimum WALLENRODIO Venatorem lib. 2. c. 1. im Histor. Bericht vom Marianisch T. Ritter-Orden ita loquentem: Er hat den fremden Fürsten/Graffen und Herrn eine solche Mahlzeit oder Ehren-Tisch zugerichtet/ daß dabey in die *NB.* non 500000. sed 50000. Preußische Marck löhtiges Silbers aufgangen. Waisselius l. c. refert, expeditione ex voto confecta, Conradum præter hoc, duo adhuc alia Regiom. ac Mariæb. convivia parare voluisse; Die Unkosten/ inquit, wurden überschlagen/ und gerechnet 500000. Marck/ quæ verba ambigua ad tria puto referenda esse convivia, tantam enim argenti vim, quod in unicum WALLENRODIUS erogaverit convivium, Waisselius ne mendacium dixisse videretur, cum Henneberg. affirmare noluit. Alias enim ita scripsisset: *NB.* Dieser eintzige Tisch hat 500000 Marck gekostet. Grunav. tr. 13. c. 17.

XII. saltem viri discubuerint, tantum illos edendo bibendoque consumsisse, 3. triginta ciborum & aliquot vini generibus mensa referta, cum hospites nec vinolenti, nec gulæ nimium dediti fuere, minoris longe quam 500000. argenti libras constat, & si vel omnes milites gregarios epulis quibusdam Magister Ordinis excepisset. 4. Neque XII. nobilissimis ex equestri ordine convivis, pretiosa muneri dans vasa, tot sumtus fecit WALLENRODIUS, hæc enim pars maxima erant, ingentis ab hostibus captæ prædæ. 5. Es ist nicht wol glaublich / daß das silberne Geschirr / so auf dem Ehren-Tisch aufgesetzet gewesen / von den Gästen weggenommen worden / denn an dem Tisch nicht einer gewesen / der Beute als etwas Gold oder Silber gewinnen wollen / sondern alle sind solche gewesen / die ex mera pietate & religione den Orden angenommen und demselben beygestanden / werden ausser allem Zweiffel um die Ehre Marien auch dieß wenige Service nicht sonderlich berühret / vielweniger genommen haben --- Solten sie nicht viel mehr dem Orden haben zugebracht / als sie in Essen und Trincken verzehret / hätten die Heerholden wenig rühmliches gedencken können. (e) 6. Decoctorem communiter omnes Polonici scriptores WALLENRODIUM

(e) Aliter sentientes ita denuo refellit Perillustr. Vir Ern. de WALLENROD in Apol. MSta.

UM si talis fuisset, nominassent, quod tamen illorum scripta studiose pervolventes, non legimus.

§. XX. Jam canes ad WALLENRODII morientis lectum adstare mihi videntur. Miraris Lector? iterum dico canes, historicos scilicet Theonino dente rodentes, hoc est turpi convitio WALLENRODII famam lacerantes. Perhibent namque Heroem nostrum, cum animam exspiraret, amentem fuisse, insultantesque sibi canes dentibus multum læsisse. (a) R. 1. In præfatione Chronicorum quæ consignavit Grunavius ingenue fatetur, multis erroribus fabulisque referta fuisse annalium scripta, ex quibus suam conscripsit Historiam. At vero Schutzius æque ac Radewaltius, ex turbido annalium Grunavii, inepte ac falsè loquentis, fonte hauserunt, quæ de furore ac de canibus referunt, his ergo cum Duce Grunavio errantibus historicis, quis fidem præberet? 2. In nobilissimis Chronicorum v. g. der Hoch-Meister/ des Ordens ac Lindenblatii voluminibus quibus, Waisselium, Daubmannum atque Hart-

(a) Radewalt. in Chron. MSt. fol. 96. a. Schutzius historia rerum Prussic. p. 98. seqq. Henneberg. in der kurtzen und warhafftigen Beschreibung des Landes Preussen. Venator im Histor. Bericht des Marianisch T. Ritter-Ordens lib. 2. c. 1. ac Buthn. in Calend. A. 1674.

Hartknochium (*b*) addo, nihil de furore, nihil de canibus notatum legimus. 3. Si vel omnes in eadem cum Grunavio essent sententia, Lindenblatii tamen testimonium ut alios refellerem omnes, sufficeret, est enim scriptor ejusdem cum WALLENRODIO ætatis, omnes reliquos delectu rerum superans, eodem igitur Lindeblatium, quo ipse sum, sensu esse, magnopere lætor. (*c*) 4. Furorem WALLENRODIO cum Historici objiciunt, Favorini precor, effatum expendant, intemperiem, istam quæ μελαγχολία dicitur, *non pravis nec abjectis ingeniis accidere* ἀλλὰ εἶναι χεδόντι τὸ πάθος τοῦτο ἡρωικὸν sed *NB.* affectionem fere hanc Heroicam esse. En vanam nulliusque momenti de furore criminationem. (*d*) 5. Ardenti s. acuta febri laborantes furere haud raro solent, cumque hoc bonis & maxime innocen-

(*b*) Hartknoch. im A und N. Preussen inquit: Er soll unsinnig geworden seyn; scilicet ita alii dicunt, quæ loquendi ratio est, de re quadam dubitantium.

(*c*) In desim Jore vff Sente Jacobs-Tag starb Meister Conrad von Valinrode vnde sine regnatio werte kortze Wyle / hee leit an sine Ende grosse Hitze / alleine die Ertzte hattin verzweiffelt an sine Lebin / doch mochte im nicht werdin eyn Trunck kaltes Wassers wy sere hees begerte. ita Lindenblat. in Chron. scribit.

(*d*) Gellius Noct. Attic. lib. XVIII. c. VII.

centibus viris haud raro evenit, nullam exinde criminandi eosdē ansam saniores arripiunt 6. Omnem furoris causam transfero in imprudentem prorsus Medicum, qui prohibuerat, ne aquam frigidam ægro WALLENRODIO, eam avide a suis expetenti, offerrent, sicque morbum aluit. Atque hoc Hennebergerus ita confirmat; Er begehrte einen Trunck kaltes Wassers / aber der Medicus wolt es nicht zugeben *NB.* / derhalben er von Sinnen kam. (e) Quicquid de canibus referunt, aniles profecto sunt ineptiæ. 1.) Namque Medicus curam ægrotantis Præfecti Ordinis habens, ne tale quid fieret, impedivit. 2.) Canes ab iis qui adversa valetudine graviter tentantur, longissime absunt. 3.) Dictu penitus est incredibile, a WALLENRODIO graviter cum morbo conflictante omnes ministros, ex Ordine Mariano amicos, Consiliarios atque ex Præfectis præcipuos ita prorsus discessisse, ut vel canes ægri conclave irrepserint. Quod reliquum est, Vir Perillustr. Ern. de WALLENROD totam hanc litem plene conficit, puerilemque audacter mentientis Grunavii fabulam ita refellit: So viel man bemercket / haben die Münche das sonderlich schimpflich anzuziehen ihnen gelüsten lassen / weil er plötzlich gestorben / eh sein Beicht-Vater gekommen / dahero weil er ohne Beicht gestorben / haben sie zweiffels ohne geschrieben / er ist gestorben /

(e) Erklär. der Preuß. Land-Tafel. p. 297.

ben / doch ohne Beicht / woraus andere gemacht / er ist gestorben wie ein Hund ohne Beicht / und dahero weil einer von dem andern solche Schrifft abgeschrieben / und nicht alle eine leserliche Hand gehabt / haben etliche gar hieraus gemacht / er habe sich mit den Hunden gebissen.

§. XXI. Ante WALLENRODII obitum maximas tempestates atque ex continuis imbribus eluviones terrarum coortas esse, cum referunt (a) Historici, hoc pariter eidem exprobrare videntur. Sed irrideo hæc convicia, num enim 1. malam Conradus depellere potuit tempestatem? 2. Num pluviæ, tempestates, fluminumque inundationes scelerati crudelisque Principis, mox e mortalium cœtu eripiendi, sunt præsagia? Neutiquam! ita qui argumentatur, næ is stultorum more loquitur. 3. Cum Winricus de Kniprode, (b) Conradus de Jungingen atque exquisitissimis elogiis major Albertus Princeps obiere, aquam permultas inundasse terras legimus, nemo tamen ex his Borussiæ Rectoribus unum alterumve ideo

(a) Ita namque Schutzius scribit: Dieser Hoch-Meister / wie er in seiner Regierung gelebet hatte / so nahm er auch sein Ende / und wie er im Leben fast jedermänniglich wiedrig und abscheulich / so bezeugten es auch Wind und Wetter / als ob auch die Natur seiner überdrüßig worden wäre. vid. Buthn. in Calend

(b) Hoch-Meister Chronik passim.

increpavit. Sanior, Schutzio Buthnero aliisque est Prætorius, dum scribit: Es scheine ob habe die Natur/ die Erde und der Himmel/ dieses grossen Helden Todt / und die künfftige vorstehende Veränderung andeuten wollen / denn ausser dem stetigen Regen/ dadurch fast alles Getreyde im Lande verfaulet/ ward die Weichsel so groß und kräfftig / daß sie über Graudentz Sandberge umrieße / und dadurch den Nagot und die Einfahrt in das Haff versandete ꝛc. l. c. cap. 55.

§. XXII. Nec WALLENRODIUS, quem grave Clericorum sceleratissime viventium, ceperat odium, ideo justam sibi a Numine immissam pertulit pœnam, cum in morbum implicitus, ohne Beicht/ Absolution und Pfaffen mortuus est.(*a*) Nam multæ, gravesque suscepti ergo clericos odii causæ suberant,(*b*) nec severissimum malitiæ vindicem WALLENRODIUM, ideo tanta perturbatione, ac tot doloribus Deus affecit. 2. Ipse sibi maxime nocebat WALLENRODIUS, dispersonenim

(*a*) Henneberg. Erklär. der Pr. Land-Taffel. p. 297. Hoch-Meister Chronik fol 110. b. vid. Ordens-Chronik. Anonymus Belga in Hist. Bor. p. 29. & D. Jo. Casp. Venator l. c. Darumb/ inquit, daß er böß Pfaffisch war/ verhengt GOtt/ daß er schnell kranck ward/ und eh er den Priester verlangt/ starb er ohne Trost der Pfaffheit.

(*b*) Ev. §. XV. præced.

enim deletoque a Vitholdi copiis exercitu, ægritudini adeo indulgebat, ut mox periret. 3. Sacrorum antistitem, divinas adportantem dapes, ut animæ sordes elueret, sine dubio ut arcesserent, serio jussit, (c) cum autem ex tot nequissimis, capitali erga hunc Ordinis Præfectum odio flagrantibus, clericis, ne quidem unus adveniret, imperitusque sanandi Magister, forte a Clericis corruptus, illi toties aquæ potum postulanti, id denegaret, ægrumque sic magis excruciaret, gravis tandem animum incessit mœstitia, sicque obiit.

§. XXIII. Efflavit equidem jam dudum animam, longiori Vita dignissimus Princeps WALLENRODIUS; nihilo tamen secius me obstrictum esse censeo, qui venturæ posteritati, memoriam optimi (a) gentium gubernatoris commen-

(c) Hoc factum esse refert Prætorius l. c. cap. 55.

(a) In annal. Illustr. familiæ MStis invenitur pagina h habens inscriptionem: Auszug des Geschlechts WALLENRODTS der Linie Steitau, aus dem Büchlein zu der Küsterey des löblichen Stiffts Himmels-Cron/ darinnen geschrieben sind die Seelen/derer Jahrs-Zeiten/ da es noch Päbstisch gewesen/man jährlich begangen. Bittet um GOttes willen für das Erbare Geschlecht der von WALLENROD, für den Hochwürdigen Fürsten und Herrn Cunrad, der ein Hoch-Meister

dem. (b) Tot autem Historicorum ut refellerem iniqua judicia, ideo dedi operam, quia de mortuis

---

ster in Preussen gewesen ist ꝛc. In ipsis a. MSt. famil. hujus annal. hæc leguntur: Dieser [sc. Conr. Tiber.] ist der erste für dessen Seele im Stifft und Closter Himmels Cron / so anjetzo Marggräflich Culmbachisch ist / gebeten worden. Nun aber hat man niemahls in der Päbstlichen noch anderen Kirchen / für solche offenbahr Gottlose Verstorbene gebethen / wie aus der Kirchen-Historia und Patribus erhellet / darumb muß der Hoch-Meister wohl nicht so böse gewesen seyn / als ihn die Mönche beschrieben; quam rationem tanti esse momenti censeo, ut Grunavii, Schutzii ac Buthneri criminationes plene refellat, meamque sententiam e diverso multum confirmet.

(b) Ex animo vehementerque lætor, idem sentire, Virum de Aula perinde ac Albertina nostra meritissimum, inque publicis negotiis dexterrimum Zach. HESSE, summi in Borussi. Tribun. ac Synedr. Sacri Consil. J. U. D. & Prof. P. celeberrimum &c. ita namque de Feudis Prussorum Reg. 1712. ed. Dissert. p. 27. scribit: Origo & culpa simultatis, quæ tunc temporis statum Ordinis Teutonici & Prussiæ incolarum commovit animos, omnis fere rejicitur in Conradum de WALLENRODEN Magistrum Ordinis. In omnibus ut, mihi videtur, non satis probata causa, sed

tuis, (scilicet illis, qui multis eluxere virtutibus) non nisi bene est judicandum. Quod reliquum, differendi finem faciens, sequentem adhuc WALLENRODIO, præstantissimo Principi, statuam cum inscriptione ab erudito Viro, scilicet Prætorio, Pastore Nibudzensi in Lituan. Borussica, consignatam decerno.

sed ex odio, *quo erga Virum illustrem, Magnificum, prudentem, fortem, hypocritarum osorem & Mæcenatem eruditorum, post fata quoque ejus fabulosus flagravit clerus* Huic adjungo testimonium Magnifici BRAUNII Consil. Aulici, quod literis nuper ad me scriptis, inserere eidem benigne placuit: Infensæ de WALLENRODE Magistro fabulæ magis, quam historicæ relationis primus autor est Grunav. tr. 13. c. 16. hunc Schutzius, nimium monacho (subiectæ in ordinem Teutonicum fidei, quod ex dedicatione Operis ad Sigismundum Regem & ubiq; apertum est,) & compilatori tot rapsodiarum, ab hominibus idiotis, crudeli in Ord. Crucifer. odio infectis, non historicis fide integris & a studio partium alienis, congestarum credens, Waisselius vero ex simili volumine; hos cæteri quomodo unda undam, imo ipse Prutenicæ historiæ mastix Hartknochius tædio revolutionis antiquorum scriptorum secuti sunt. H. J.

ÆTERNITATI!

Heroum Heros

CONRADUS TIBERIUS

a

WALLENROD,

MAGISTER GENERALIS.

Magni Ducatus Prussiæ,

Livoniæ, Curlandiæ, Semigalliæ, Pomerelliæ,

Novæ Marcæ

DOMINUS.

A. M. CCC. XXXIX.

Satus

Genitore Tiber. a WALLENROD,

Sub illustri Sueppermanno milite strenuo,

genetrice BARBARA GOTZMANNIA,

ex illustri Domo Sternberg oriundus,

Christiano orbi

ex fusione Anglorum, prostratione Mahumedanorum

ad stuporem usque coruscus,

novus olim Hercules,

S. Mariæ Teutonicæ Ordine ornatus,

sub Elveriis, Lindovio, Hattensteinio Ducibus

præliator animosus.

Com-

Commendaturæ Tapiavienſis optime functus,
prudentia,
clementia,
juſtitia,
conſpicuus
excellens Oeconomus, fortis Miles,
privilegiorum Prutenicorum fidiſſimus
theſaurarius,
ſupremus militiæ Ordinis ſui Mareſchallus
& Campi Dux.
Kinſtouti, Jaggellonis,
Vitoudi, Switrigillonis, Zirgillonis,
Litvanorum & Samogitarum formidabilis
Domitor,
Ordinis Teutonici Commendator graviſſimus,
Rector prudentisſimus.
Dominorum Ordinis Teutonici omnium
MAGISTER GENERALIS.
rerum Ordinis ſui reſtaurator,
reformator,
impietatis Schiſmatum ac rebellionum deturbator,
Epiſcopalis dignitatis religioſus defenſor,
Litvanorum ac Polonorum ſufficiens caſtigator,
ſubditorum conſervator, ſtrenuorum compenſator,
Magni Ducatus Prusſiæ, Livoniæ, Curlandiæ,
Semigalliæ, Pomerelliæ, Novæ Marcæ,
Dobryzyniæ, Michaloviæ, Samogitiæ,
felicisſimus gubernator,

denique succeſſoribus omnibus ſuis
venerabilis Princeps,
Iliacis paſſionibus necatus,
mortales heic depoſuit exuvias.
Anno M. CCC. XCIV. Octav. Calend. Aug.
S. I. T. L.
Tu Viator dole mortuum.
Virtutes jubent, Honores jubent, Poſteri jubent,
Gaude mortuum.
Caſus jubent, Pericula jubent, Miſeriæ mundi jubent,
verbo
Vitæ illius dies bene acti, melius peracti jubent.
Dole nam mortuus eſt,
Gaude nam cœleſtibus aſſociatus eſt.
Dole igitur & Gaude
utrumque potes, utrumque debes.
Abi
& diſce vivere, ut diſcas mori.

Obser-

OBSERVATIO VI.

EXPLICATIO LEIBNITIANA MVTATIONIS BAROMETRI IN TEMPESTATIBVS PLVVIIS CONTRA DVBITATIONES V. C. IO. THEOPHILI DESAGVLIERI ADSERTA.

I.

EX plurimis iisque non infimi nominis auctoribus, qui de obseruatis a longo tempore in barometro mutationibus ac illarum cauſſis ſcripto quaepiam complexi ſunt, ſeruata denique vni Leibnitio erat iſta gloria, vt palmarium barometri phaenomenon explicatum daret primus, oſtenderetque rationi conuenientiſſime, qui fiat vt depreſſiorem longe locum in tubo occupet Mercurius tempeſtate pluuia, quam caelo ſudo & nubibus prorſus libero. Expoſuit Illuſtris Vir duabus litteris ſuam hac in cauſſa ſententiam, alteris A. MDCC. ad inſignem Italiae Medicum Ramazzi-

num, alteris autem aliquo tempore post ad maximum per omnem Galliam eruditionis vindicem Bignonem datis: quarum istas, epistolae ad Praesidem Academiae Naturae Curiosorum Cel. Schroekium, integras inseruit Ramazzinus, atque vna cum Ephemeridibus suis Barometricis iterum editis A MDCCX. primum vulgauit: has A. proximo V. C. Fontenellius in Historia Academiae Regiae Scientiarum recensuit. Adsensum ingeniosae isti praebuerunt explicationi omnes Eruditi quos Italia Galliaque fouent, nec refragatus e Germanis quisquam est, postquam ad obiectiones Nob. Schelhameri in Appendice Centuriarum I. ac II. Ephemeridum Naturae Curiosorum propositas, ipse summus Leibnitius sequenti earum Tomo planissime respondit. Tamen in ardua eiusmodi re diutius aliquantum dubitare inter Anglos satius duxit V. C. Io. Theophilus Desaguliers A. M. & Soc. Reg. Lond. Membrum, pulcherrimis idem in eadem institutis saepenumero experientiis nomen celeberrimum adeptus, & quae in Leibnitiana theoria experimentisque desiderabat adhuc, in Actis Philosophicis primo A. MDCCXVII. trimestri euulgatis prolixius enarrauit ac deinde Lectionibus suis Physico-Mechanicis Gallico idiomate iterum subiunxit. Sed cum ea, quantumuis ingeniose prolata, vim Leibnitiani argumenti necdum infringunt, liceat nobis & hanc tueri & illis breuiter quaedam reponere.

II.

II. Alii quidem imminutum atmosphaerae pondus, veluti subsidentis in baroscopio hydrargyri, quod dubio caret, ita etiam cadentium pluuiarum causſam allegarunt, in eo deinde ingenium probe exercentes, vnde ista ponderis iactura in atmosphaera deduci debeat, cum aër multa nebula & effluuiis illis aqueis mox casuris sit refertissimus. Leibnitius ordine feliciori rem inuertit & descendentis pluuiae rationes aliunde cognitas supponens, ab ipso pluuiae descensu aëris leuitatem deriuat, eoque modo omnem problematis difficultatem superat. Nimirum cum nosset Vir perspicaciſſimus vniuersale esse illud principium, quod grauia, dum actu in fluido aliquo cadunt, cum ipso fluido vna interea temporis non grauitant, facile erat inde veluti corollarium quoddam concludere: guttas aqueas per aërem decidentes huius grauitati nihilo magis addere, secus quidem ac ante, cum ipsae vaporum instar per omnem adhuc atmosphaeram essent distributae. Ne autem memoratum modo principium precarium cuipiam videatur, demonstrationem eius paucis exponere necesse erit. Fluidum scilicet grauitans pressionem exserit in corpus sibi subiectum, quod resistentia sua pressioni huic aequali (veluti reactio omnis actioni aequalis est) fluidum impedit, ne descendat. Sicubi iam aliud graue fluido vel innatat, vel in qualibet eius parte suspensum haeret, corpus subiectum descensui vtriusque, & fluidi scilicet & grauis in eo suspensi,

ſpenſi, reſiſtit, atque ideo quoque vtriusque preſſionem ſuſtinet. Enimuero quamprimum graue illud, quacunque demum ratione cadit, indicio id eſt, ſubiectum corpus deſcenſui eius magis non reſiſtere, licet reſiſtat eodem ſemper modo ac antea deſcenſui fluidi. Quare etiam preſſionem quidem fluidi priorem integram retinebit, ſed preſſione grauis cadentis liberabitur, h. e. graue cadens in corpus ſubiectum cum fluido, in quo cadit, vna non grauitabit.

III. Probarat iam olim eandem propoſitionem Borellus in Libro de Motibus Naturalibus a Grauitate pendentibus, exemplo duorum faſciculorum lanae ex altitudine aliqua demiſſorum, ita tamen vt contigui manerent: quorum ſuperior inter cadendum inferiorem nihil comprimit, ac adeo neque in eundem grauitat. Leibnitius vero, pro ea qua valebat ingenii magnitudine, modum adhuc alium excogitabat, quo iſtius propoſitionis veritatem longe euidentius ſenſui ſubiiceret. Libram enim capi voluit, ex cuius vno brachio ſuſpendatur tubus ſatis longus, fluidoque v. g. aqua repletus, cui cauum aliquod corpus innatet ſed aqua ſpecifice grauius, adeo vt ſi aquae in corporis cauitatem ingreſſus pateret, illud verſus fundum tubi eſſet deſcenſurum: in alterius autem brachii lancem pondus iniici iuſſit ſufficiens, quod libram ad iuſtiſſimum aequilibrium reuocet. Tum effici praecipiebat, vt aqua intrare in cauitatem poſſet, cui negotio commode expedien-

diendo, cauum istud aquae supernatans foraminulo instrui voluit, sub initium capiendi experimenti quoquo modo obturando, ita tamen vt aqua deinde obturamenti illius renisum vinceret, cauoque pedetentim illaberetur. Hoc autem facto, cadenteque propterea isto graui, quod hactenus ab aqua sustentabatur, sublatum iri docebat aequilibrium inter tubum, aquam cadensque in ea corpus continentem, ac illius aequipondium: praeualiturum scilicet hoc, certissimo indicio, quod aqua tubum occupans quidpiam de grauitate sua perdidit. Expendens vero postea summus Vir, non sine aliqua difficultate & interturbandi aequilibrii periculo experimentum sumi posse cum eiusmodi graui excauato secundum illas quas praescripserat Ramazzino leges, in epistola ad Illustrissimum Bignonem corpori cauo substituit corpus quoddam aqua specifice leuius, & huic filo alligare iussit aliud specifice grauius in ea ratione, vt amborum media grauitas specificam aquae grauitatem aequaret. Coniuncta hoc modo isthaec bina corpora in quouis aquae loco quiescent, sed vbi filum ea connectens dissecabitur, decidet illud grauius, & inter cadendum excessu suae grauitatis supra specificam grauitatem aquae tubum leuabit. Ipse etiam Ramazzinus de facilitando experimento iam cogitauerat, loco caui natantis quodcunque corpus aqua grauius in ea suspendens, sed librae brachio alligatum, vt vna cum aqua grauitaret.

IIII.

IIII. Neque fefellit spem experimenti euentus, nam in Italia Ramazzinus, in Gallia Reaumur, in Germania summus Wolfius, in Anglia ipse Desagulierus, hic autem loci mecum Excell. Sandenius, Academiae nostrae celeberrimum decus, experientiam istam saepius successu optimo expediuerunt. Sed haec tam illustria veritatis testimonia non poterant tamen eo perducere Cl. Desagulierum, vt eidem sententiae subscriberet, quin potius, quae contra sentiebat, commentatione ante memorata explicaret. Agedum ergo de ea iam dispiciamus, & quanam praecipue in re, quibusque de caussis Desagulierum inter ac Leibnitium conuenire non potuerit circa praesens negotium, paucis expendamus. Deprehendimus autem ipsos huius doctrinae cardines, principium & experimentum Leibnitianum in controuersiam venire: & principium quidem, seu propositionem istam, corpora inter cadendum non grauitare, directe h. e. ita, vt in eius demonstratione vel suppositarum aliquam neget, vel paralogismum commissum ostendat, Nobiliss. Desagulierus obiectionibus suis non adgreditur; ex adductis tamen aliis quibusdam Hydrostaticae fundamentis id inferre conatur, quod ipsum principium euertat. Nos ipsa Auctoris verba Latinitate donata prius exhibebimus, deinde subiiciemus, quae ad illa notari conuenient.

V. Fig. 1. „ Sit vasis, inquit, fluido quocun-
„ que repleti fundus AB, cuius basis superior inferio-

feriore vel maior vt GH, vel minor vt EF, vel " denique ei aequalis vt CD: erit pressio fluidi " in fundum AB aequalis ponderi CB, quod est " prisma aut cylindrus fluidi, compositus ex area " fundi per altitudinem fluidi perpendicularem " multiplicata. Siue fluidum aequalis vbique " densitatis sit, veluti aqua, siue densitatis vni- " formiter in altum diminutae, propositio haec " (Boylio Paradoxum Hydrostaticum appellata) " locum habet, eamque omnes Hydrostaticae " Scriptores demonstrationibus suis muniuerunt. " Verum id est, muniuisse demonstratione valida inter reliquos praecipue Eminentem Hermannum in praestantissimo Phoronomiae opere propositionem istam, quod fundi vasorum pressuram subire debeant ab incumbente fluido, aequalem ponderi columnae, cuius basis aequatur vasorum fundis qui pressionem sustinent, & altitudo est distantia fundorum a fluidi superficie, siue densitas fluidi homogenea, siue iuxta quamcunque variationis legem heterogena sit. Si igitur Cl. Auctor in verbis suis --- aequalis ponderi CB, quod est prisma --- (*) illud *quod* ad vas seu figuram vasis CB refert; est haec eadem prorsus Hermanniana propositio, neque dubitatione vel minima apud quemquam vrgebitur. Sin particula illa relatiua pondus respicit, ac si dicat: quod pon-

(*) In Gallico Auctor sic habet: --- egale au poids de CB, *qui* est un prisme ---

pondus idem est prisma aut cylindrus fluidi &c. tum nec in ipsis quidem fluidis homogeneis id simpliciter concedetur, vbi non sine ratione pondus volumini proportionale saltem, non aequale dicitur. In heterogeneis autem praecipue locum nullatenus inueniet, quorum id naturae repugnat, vt grauitatem (quae vbique in densitatis ratione est) volumini proportionalem habeant. Sed ipsa grauitas exponetur potius per summam omnium densitatum, quae sunt in fluido heterogeneo inter supremam eius superficiem & planum quod pressionem sustinet, per ipsum hoc planum multiplicatam.

VI. Fig. 2. „Repraesentet EF, (sic Auctor pergit) partem superficiei terrestris, & GEFH „ columnam atmosphaerae, cuius altitudo GE „ altitudinem aëris integram adaequet: concipiantur vapores ex terra prodeuntes formare „ duas nubes A atque B, & istum atmosphaerae „ locum occupare, vbi aër eadem cum ipsis gra„ uitate specifica gaudet. Euidens est hos vapo„ res altitudinem aëris aucturos esse in ratione „ voluminis nubium, ita vt fundus EF, quem „ ante premebat columna aërea GEFH, prema„ tur nunc columna altiore IEFK. Quodsi iam „ nubes A, B, qua demum cunque id fiat caussa, „ locum mutent descendantque e. g. in C, D; „ altitudo columnae IEFK eadem erit quae an„ tea, adeoque etiam fundus EF eandem pres„ sionem sustinebit vi prop. praeced. " Vt istae nubes,

nubes, quae primo haerebant in locis A, B, deinde in C, D, subsistere queant, alteretur necesse est siue densitas ipsarum nubium, siue systema vel, vt loquitur Illustris Hermannus, scala densitatis in atmosphaera. Si primum contingit sine altero, nubes aut in minus spatium arctabitur, aut grauitatis accessionem sumet ab accessione nouae materiae. Sed casus prior ab Auctore excluditur, qui non vult vt columna aërea subsidat, quod hic fieret: obtinente autem posteriore, superficies terrestris magis premetur quam antea, cum continuet non solum pressio ponderis quod habebat atmosphaera in statu praecedente, sed porro accedat pondus illius materiae, quae nubem reddidit densiorem. Si vero ipsa densitatis atmosphaericae scala mutatur; ex iis, quae sub finem paragr. praeced. dicta sunt, patebit, tum demum fundum EF eandem pressionem sustenturum, cum area scalae densitatis (nam haec est ipsa quam ibi memorauimus omnium densitatum summa) nec aucta quidquam nec diminuta deprehendetur: atque adeo sola ista conditio, altitudinem atmosphaerae manere inuariatam, non sufficit.

VII. Veluti autem in statu nubium manenti, h. e. quando illae vel in A, B, vel postea in C, D, quiescunt, inde quod atmosphaera aequealta manet, aequalis in terrestrem superficiem pressio deduci nequit, ita multo adhuc minus obtinebunt verba auctoris: „Sicubi nubes A, B, descendunt, interea autem idem quod habebant volu- "
men "

„ men retinent, superficies IK haud mutabitur, „ & hinc fundus EF premetur vt ante: " nisi eum simul aëris statum supponere velis, vt quouis descensus nubium momento immutetur atmosphaericae densitatis scala, manente interea eadem semper area diuersarum omnium eiusmodi scalarum fluxu quasi continuo sibi succedentium: qui casus ne sphaeram mere possibilium non transgrediatur vereor. Equidem fateor optimo iure praeteriri potuisse quae exposuit hucusque Cl. Desagulierus omnia, cum sequentibus scilicet, nisi fallor, nec connexa nimium, neque illis etiam vt connecterentur necessaria: tamen cum presso pede sequi Auctoris ratiocinia constituissem, nihil eorum mihi omittendum existimaui.

VIII. Nunc ergo propius ad refellendum Leibnitianum principium accedens Cel. Auctor: „ Corpus, inquit, fluido aliquo specifice siue „ leuius, siue grauius, quamdiu in eo detinetur, „ addet ipsi tantum ponderis, quantum habet „ fluidi volumen, volumini corporis in id im„ mersi aequale: quare ipsum hoc corpus, cum „ in fluido non amplius sustinebitur, omnem „ suam grauitatem, qua integrum fluidi pondus „ augebat, non perdet: id quod principio Leib„ nitiano contrariatur. " Hoccine autem principio Leibnitiano contrariari, quod illud ne minimum quidem tangit? Sane neque Leibnitius, neque qui sententiam ipsius post eum exposuit quisquam, id voluere ac si v. g. aqua, post suspensum

sum in ea ab aliquo agente externo lapidem, non grauior facta esset, quam erat ante sine lapide. Talis minimum error, qui & a tyronibus Hydrostatices praecaueri potest, tanto Viro imputari nequit. Quis enim nescit lapidem, dum in aqua haeret, ad stateram expensum minus ponderare quam in aëre, imminutumque esse pondere aquae sub lapidis volumine contentae? Quis porro nescit impossibile esse, vt ista grauitas quae lapidi decessit, prorsus in nihilum abeat? Et quis denique inde non inferet optima ratione, eam grauitati aquae additam esse debere? Leibnitius igitur dum de corpore inter cadendum non grauitante loquitur, eam grauitatis in corpore partem non grauitare haud dicit, quae iam ab ambiente fluido aequilibratur; sed eam ne corpori quidem magis accenset, verum ipsi fluido, (cuius partem corpus cadens hoc respectu constituit) quod iure eum facere rationes modo adductae luculenter ostendunt. Bene autem dicit, omnem eam grauitatis partem, quae post translatam illam aliam in fluidum ambiens corpori cadenti reliqua est, in fundum subiectum non grauitare, veluti supra paragr. II. probatum dedimus. Qua ratione sibi optime constat propositio Leibnitiana, & stare simul potest Desagulieri sententia, modo id fuerit obseruatum: Cl. Virum corpori in fluido quodam detento eam attribuere adhuc voluisse grauitatis partem, quam corpus ipsi fluido experientia teste communicat.

VIIII. Quam parum de reliquo Leibnitium inter ac Desagulierum controuersiae intercedat eui-

dens fit ex iis quae hic subiungit: „ Si qua-
„ piam ex caussa nubes in aëre suspensa grauior
„ euadit aëre circumfuso, excessus grauitatis su-
„ pra aequale volumen aëris ipsam faciet descen-
„ dere, motumque eius deorsum accelerabit.
„ Tum autem partem ponderis (*an celeritatis?*)
„ eius tollet resistentia medii, vsque dum mo-
„ tum vniformem adquirat, vel saltem ad sensum
„ vniformem. Sed omne illud pondus quod nu-
„ bi decedet, non nisi excessus erit grauitatis suae
„ qua aër praeponderabatur: nam reliquo suo
„ pondere partem vniuersi ponderis aërei consti-
„ tuere perget.“ Quae cum omnia sententiae Leibnitianae veritatique apprime consona immo ea ipsa sint quae Leibnitius docuit, nihil addere necesse est, nisi vt denuo moneamus, Cl. Auctorem illud pondus quod in atmosphaeram conferunt nubes ob locum in ea occupatum, tamen ipsis velut adhuc reliquum considerare.

X. Itaque praecipua inter dissentientes controuersia breui facilique terminorum explicatione & collatione composita, videndum iam erit, quid porro in experimentis Leibnitianis Cl. Desaguliérus disputet. Ipse modum in instituendis illis a se obseruatum sequentibus enarrat. *Fig.* 3.
„ Composito ad aequilibrium in libra AB, ope
„ sacomatis lanci C iniecti, vase oblongo aqua
„ pleno EI, suspendi in aqua ex seta equina
„ plumbum W, adscenditque aquae superficies
„ ex loco FG in altiorem EH, ac ipsi proinde
„ accessit pondus, quantum habebat volumen
„ aquae, quod iniecti plumbi, molem aequaret.

„ Tum

Tum denuo quopiam pondere lanci C addito " aqua ad prius aequilibrium reuocata, ſetam " equinam forfice tenuiore diſcidi, & potius " quam adſcenderet brachium librae cui aqua " iuncta erat, durante integro tempore caſui " maſſae plumbeae inſumto illud deſcendebat. " Quamprimum autem plumbum vaſis fundum " tetigit, praegrauabat pondus aquae auctum " exceſſu ponderis plumbi ſupra aequale volu- " men aquae, qui exceſſus hoc in experimen- " to ad integrum plumbi pondus ſe habere de- " prehenſus eſt vt 10 ad 11. Quodſi Viri Cla- " riſſimi Reaumur & Ramazzinus experientiam " hanc pari ratione inſtituiſſent, res etiam co- " dem plane ceſſiſſet modo: at Ramazzinus, re- " ferente mihi Nobili quodam Veneto, illam " hac ratione peregit, qua deinde a me eſt repeti- " ta. Nimirum adhibens machinam ſupra de- " ſcriptam, poſtquam & aquam & inditum ei " plumbum aequilibrare feceram alteri lanci C, " iam alligabam pilum equinum, ex quo plum- " bum V pendebat, brachio librae B, ſecus ac in " priore experimento, cum illud manu mea " ſuſtentarem. Haec ponderi ex B ſuſpenſo fa- " cta additio ad reſtituendum aequilibrium re- " quirebat, vt in lancem coniiceretur adhuc pon- " dus $\frac{10}{11}$ grauitatis maſſae plumbeae aequiua- " lens. Tum diſſecato pilo interea dum caderet " plumbum, pondere ſuperabat lanx: ſed poſt- " quam ad fundum peruenit iſtud, redibat prius "

„ aequilibrium, neque perdiderat adeo plum-
„ bum cadens nisi excessum grauitatis suae speci-
„ ficae supra aquam.“

XI Ex his eluceſcit ſtatum omnis controuerſiae in eo maxime verti, vtrum graue in fluido caſurum manu ſuſtinendum ſit ſub initium experientiae, an ex librae brachio ſuſpendi debeat, quorum hoc Leibnitius, illud Deſagulierus voluit. Equidem non negauerim, ad ſumendum aliquod experimentum quod pleniſſimam ingruentis pluuiae ſimilitudinem habeat, nihilquidquam aptius occurrere quam metalla in ſuo menſtruo ſoluta ac deinde ex eo ſe praecipitantia. Nempe ſicut ipſa in particulas adeo exiguas diuiſa ſunt, vt per omne menſtruum diſperſae natent & veluti partem eius conſtituant; pariter & illic non parum materiae aqueae & terreſtris, per exhalationes ac vapores in altum ſublatae, vnum idemque cum atmoſphaera fluidum efficit: deindeque decidunt guttae pluuiales, ſi non ſimili de cauſſa, tamen eodem modo ac particulae metallicae, quae menſtruo grauiores factae fundum petunt. Ergo non poſſet meliori ratione ſententia ferri, an pluuiae cadentes vna cum aëre grauitent, quam ſi inquireretur, quid in metallorum praecipitatione contingat, & num fundus vaſis menſtruum continentis, ea durante, minorem ſuſtineat preſſionem, quam ante & poſt ipſam praecipitationem? Sed cum haec vel adeo ſit ſubitanea, vt fere in momento peragatur, neque proinde alicuius

cuius ponderis iactura sensu quantumuis attento queat deprehendi, vel etiam tam lente procedat, vt particulae praecipitatae ad sensum cum menstruo suo prius semper aequilibrium seruent; igitur fieri nequit, vt ex praecipitatione metallorum phaenomenon descensus pluuiarum decidatur.

XII Leibnitius hoc praeuiderat procul dubio, quare ad stabiliendam theoriam suam ad corpora in menstruis soluta prouocare etiam noluit. Ast pronum ei erat inde suam experimentandi rationem deriuare, cum idem fore perspiceret vtrum corpora casura in anteceſſum in minutissimas partes discerpta essent, quae postea inter cadendum rursus coniungerentur; an ipsa potius integra etiam ante lapsum manerent: & licet a fluido, solutorum instar, sustentari non possent, tamen veluti soluta essent cum fluido vna in fundum subiectum omni sua grauitate premerent. Quomodo autem obtinebitur hoc, nisi cum corpus ad modum a Ramazzino suppeditatum ipsi librae brachio iungitur? Quippe vbi manu filum tenetur ex quo corpus suspensum est, hoc tantundem solummodo cum aqua grauitat, quod ipse Nob. Desagulierus obseruauit, quantum aqua sub volumine corporis contenta ponderat: reliquum vero pondus in manum, non in fundum vasis agit, neque propterea casu praesenti poterit applicari: cum extra dubium positum sit, Cl. Desagulierum alieniſſimum esse ab illa opinione, quod

vapores materiam pluuiae suppeditantes a geniis quibusdam aut spiritibus (prout corpus graue in aqua a manu) non vero ab aequilibro aëris circumfluentis in alto sustineantur.

XIII Sed nec id negotii subterfugere voluit V. C vt in successum experimenti a Leibnitio in litteris ad Illustrem Abbatem Bignonem mutatis aliquantum circumstantiis propositi, pro ea qua est sedulitate & accuratione, inquireret. Descriptionem illius sequentibus verbis impertitur: „ Instituens quoque experientiam iuxta praescri- „ ptum Leibnitianum, sumebam cubum vncia- „ lem ex subere, cuius grauitas specifica grauita- „ tis aquae subquadrupla est, itemque globum „ quatuor vnciarum ex antimonio, grauitatem „ aquae sub eodem volumine quater fere exce- „ dentem. *Fig.* 4. Suber autem C aquae in „ vase EABD super impositum eleuabat eam ex „ SS vsque in GG, atque pondere vnius vnciae „ augebat. Ex filo etiam aliquo suspenso anti- „ monii globo, ita vt totus aqua tegeretur, haec „ surgebat adhuc altius ad HH, & alius porro „ vnciae pondere augebatur. Tum filo conne- „ xis globo antimonii N ac subere C hoc iam $\frac{3}{4}$ „ ponderis antimonii, quas manus antea susten- „ tarat, grauabatur, deprimebaturque donec fe- „ re totum aquis mergeretur, interea dum ad- „ scendebat aqua ad IK, & trium vnciarum pon- „ deris additamentum capiebat. Hoc integrum „ ad vnam librae extremitatem, & ad alteram

„ saco-

facoma debitum suspendebam. Discindens autem filum suber antimoniumque connectens, " adscendebat illico vas quod aquam continebat, " neque rursus aderat ante aequilibrium, quam " antimonii globus fundum vasis attigisset. Si " obseruetur adscendisse in aqua suber excusso " pondere, quod ei antimonium addiderat, " aquam autem ipsam descendisse denuo vsque ad " HH interea dum caderet globus antimonii, " euidens erit hoc experimentum a priori (*Leibnitiano, vel si mauis Ramazziniano*) nihil " differre, nihilque amplius ex illo concludi " posse. "

XIIII. Concluserat Nob. Vir ex antecedente experientia, corpus cadens excessum grauitatis suae specificae supra aquam perdere, & idem ex hoc etiam experimento infert. Idem autem fecit quoque Leibnitius, ac adeo tantum abest, vt Leibnitio contrarietur Desagulierus, vt potius ipsius enunciata adhuc magis stabiliat. Et quamuis eam conclusionem non superstruat rationibus Leibnitianis, sed inde potius ducere videatur, quod in descensu globi antimonii decrescat pariter altitudo fluidi; tamen quia hanc sententiam perfunctorie tantum innuit, nec disertius proponit; quia etiam supra refellendae iam illi vt erroneae aliquam operam dedimus; Clariss. Auctori, fortassis contra sensum ipsius, eam nunc attribuere nobis relligioni ducimus. Interea stat inuicta adhuc problematis de Mercurio tempore

pluuio in tubo Torricelliano depressiore Leibnitiana solutio, quam obiectiones Nob. Desagulieri vel intactam reliquere, vel erroris commissi neutiquam conuincere valuerunt. Addi praeterea quaedam possent ad appendicem quam obiectionibus suis idem subtexuit, sed cum partim vlteriorem tantum recensionem prioris experimenti suo modo instituti, partim dubia quidem alia quaepiam contineat, ast quibus tum a summo Leibnitio, loco supra memorato, tum a Collectoribus Actorum Erudd. A. MDCCXI. Mense Nouembri iam satisfactum, quae dicenda forte restant alii loco seruantes, hic subsistendum censemus.



INDEX

INDEX
Auctorum atque Rerum.
A.

Achilles post fata Helenæ nubit, p. 201.
Accumbendi mos Homero ignotus, p. 181.
Adlerholdts Germ. höchstgepriesenes Preussen/ p. 105.
Aeris levitas quærenda in descensu pluviarum, p. 395.
Æsopi deformitas in dubium vocatur, p. 346.
Æthiopicæ litteræ, p. 317. 318.
Album unde Philotheca dicatur? p. 5. Album Prætoris Judicis unde dictum fuerit? p. 5.
Alcoranus quam eleganter scribatur, p. 306. ff. quanto honore sit, ib. ex narthece, p. 306. de eô scribendo leges, p. 306.
Anglorum manus, p. 273.
Antiquarum imaginum nimia veneratio culpanda, p. 226.
Apologetici scriptores pro Vett. Christianis, pro summis Principibus, proque Eruditis recensentur, p. 325. 326. 327.
Aquæ gravitas augetur à corpore in aquâ suspensô, p. 402.
Ara Mnemosines Philotheca, p. 7.
Arabicæ litteræ, p. 304. 316. loquelæ & Bibliothe-

ca,

ca, p. 307. 308. librorum ornamenta, p. 309. Arabes noſtras ſuorum librorum editiones ſpernunt, p. 309. Græce eleganter ſcribunt, p. 310. Arabici calami, p. 316. atramentum, p. 309.
Ariſtotelis amatores, p. 206.
Aſiaticarum gentium ſcribendi ſtudium, p 229.
Atmoſphæræ denſitas quomodo variare poſſit ut preſſio ſuperficiei terreſtris maneat invariata, p. 401. 402.
Aramentum Eruditorum, p. 257. veterum Codicum, p. 303.
Autographa autorum quanti pretii, p. 282. 283.
Autorum notitia ex Philothecis acquirenda, p. 71.

B.

Bælii annotata ad ſuum Lexicon, p. 298.
Barometri phænomena quis explicata dederit, p. 393. 394.
Batavorum amor erga philothecas, p. 23. Scriptio, p 272. 273. 289.
Belgæ Anon. Chronicon Pruſſiæ, p. 103.
Bella juſta non ſunt contemnenda, p. 347.
Biographi Pruſſorum vitas publicantes, p. 121.
Braunii Dav. litteræ de Jo. Lindenblats Chronicâ Pruſſic. p. 92. relatio de Prætorii Chronicô, p. 111. laus, promiſſaque ſcripta, p. 344.
Braunsbergenſes ſeditioſi à Wallenrod. caſtigati, p. 367.
Brietius correctus, p. 201.

Büthneri Frid. Calendarium Historicis mendis repletum, p. 329.

C.

Calamus Leonis Allatii 40. annos durans, p. 258. Lipsii divæ Halensi dedicatus, p. 258.
Calendaria Prussica, p. 126.
Camerarii Joach. Insignia, p. 283. 284.
à Calumniis ne quidem optimi Viri immunes sunt, p. 342.
Castella s. Gräntz-Häuser à Wallenrodiô in Prussiâ exstructa, p. 334.
Chalcographi, p. 271.
Christi forma in utramque partem disputata, p. 137.
Chronologia vetus Græca, Romana, Christiana cur incerta, p. 216.
Chronica Prussiæ MSSta, judicium de iisdem & illorum nævi, p. 89. recensentur, p. 90. impressa unà cum judiciô adferuntur, p. 98.
Chronicon der Preußisch. Hoch-Meister, p. 344.
Cleopatra non pulchra, p. 165.
Clericorum odium quantum nobilissimis viris noceat? p. 342. Clericorum Vett. in Prussiâ mores & facta horrenda, p. 364.
Ciceronis Epistolæ Thorunienses, p. 267.
Cogitationes aliorum conjectandi consilia, p. 68.
Colbii Presbyterologia Regiom. p. 121.

Collas

Collas Joh. de, novam Prussiæ tabulam Geographicam promisit, p. 126.
Colloquia cum eruditis instituenda, p. 59. 78.
Columna Guil. de error, p. 242.
Coma flava nuculis procurata, p. 248.
Concubinatus in Italiâ frequens, p. 149.
Controversiarum variarum Scripta Jus publicum in Prussiâ concernentia, p. 119. inter Theologos agitatarum MSScta ubi extent? p. 113.
Conversationum eruditorum varia genera, p. 60.
Coronationem Prussiæ Regis concernentia Scripta, p. 119.
Cultrivorus Prussiacus, de eô Scripta, p. 123.

D.

Daubmanni Joh. Chronicon Prussiæ, p. 101.
Dedicationes eruditorum manu scriptæ, p. 296. Veteres, p. 297. 1. Johannis epistola dedicatio Evangelii, ib.
Deiphobus Helenæ maritus, p. 189.
Deorum gentilium nomina an adhibenda? p. 130.
Desagulieri Jo. Theoph. Dubia in Explicationem Leibnitianam Phænomenorum Barometri, expensa per tot. Observ. 6tam.
Diabolus ex curiositate interrogatus, p. 229.
Diana cur Orthia dicta, p. 168.
Dio Chrysostomus data opera ab Homerô abit, p. 195.
Disputationes sæpius obstant veritatis inquisitioni, p. 138.

Docti male pingunt, 255.
Duisburg Petr. de, Chronicon Prussiæ, p. 98.

E.

Ecclesiasticæ Historiæ Prussiæ Scriptores, p. 112.
Electrum mixtura auri & argenti, p. 234.
Elegantiora studia propter semet ipsa excolenda sunt, p. 59.
Epistolæ eruditorum MSSctæ non edendæ, p. 279.
Equus Trojanus variè accipitur, p. 191.
Errores præscriptione longi temporis stabiliuntur, p. 131.
Estrangelo Litteræ Syriacæ, p. 301.
Eva an pulchra, p. 133.
Experimenta quibus ostenditur grave cadens cum fluido in quô cadit, una non gravitare, p. 396. quomodo ritè instituenda, p. 407.

F.

Faciei deformitas criminationi ansam dare non potest, p. 345.
Festa Prussica à Wallenrodiô celebrari jussa, p. 375.
Feudum, quæ de Investiturâ feudi Ducatus Borussiæ agunt Scripta, p. 118.
Fischeri C. G. Conatus historiam naturalem Prussiæ illustrantes, p. 124.
Fœminarum Doctarum manus, p. 281.

For-

Forma egregia & animus nobilis raro coniuncta videntur, p. 345.
Freyburgs Joh. Preußische Chronica, p. 98.
Frons brevis olim habebatur pulchra, p. 249.

G.

Gallicæ litteræ antiquæ, p. 269. 270. minutæ, p. 275.
Genealogia denuò exculta p. 15.
Germanorum amor in Philothecas, p. 22. Scribendi modus, p. 277. Theologorum, p. 278. JCtorum, p. 279. &c.
Grabius J. E. vindicatus à calumniis Oudini, p. 321. ejus Vita promittitur, p. 322.
Grave cadens cum fluido, in quô cadit, una non gravitat, p. 395. gravitas aquæ augetur à corpore in aqua suspenso, p. 402. non gravitare corpus cadens in fundum subjectum quomodo propriè dicatur, p. 403.
Græcæ Versiones utplurimum infidæ, p. 142.
Græcorum litteræ & manus, p. 277. 282. Officinæ librariæ, p. 283. Scribæ, p. 288.
Gruben Geo. Scripta Jus Prutenicum concernentia, p. 115.
Grunau Sim. Chronicon Prussiæ, p. 90. 382.
Gryphii Chr. Error. p. 241.
Gustavi Adolphi filii naturales, p. 148.

H.

Hartknoch Christoph. Chronicon atque alia Scri-

Scripta Historiam Prussicam illustrantia, p. 104.
Annotationes in Dissert. Schurzfleischii, p. 105.
Preußische Kirchen-Historie / p. 112. de jure Prussorum, p. 114.
Hartmanni Ph. Jac. Scripta varia de Succino & aliis materiis ad regnum animale atque minerale Prussic. spectantibus, p. 123.
Helena Menelai de quâ Obs. III. ejus pater incertus, p. 146. mater incerta, p. 149. cum à Paride raperetur, quot annorum fuerit, p. 178. senectuti non obnoxia, p. 180. monile, p. 184. ubi primum cum Paride concubuerit, p. 184. Trojæ non adfuit, p. 196. 197. 198. mors, p. 198. immortalis, p. 201. Liberi, p. 203. ut Dea adorata, p. 205. miracula, p. 207. imagines & statuæ, p. 223. nummus, p. 227. Sandalium, p. 234. pocula ad Papillarum mensuram, p. 234.
Helenæ in instauranda religione insignes, p. 144. 145.
Helenium unde ortum, p. 186.
Helwichii Chr. Scripta Prussicam Historiam illustr. expectanda, p. 121.
Helwing G. A. Scripta ad regnum vegetabile atque minerale Prussic spectantia, p. 124.
Henneberger Casp. Chronica Prussiæ, p. 102.
Herodotus ab Homerô abit, p. 196.
Hispanorum scribendi genus, pag. 281.
Historicorum odium nobilissimis Viris maximè nocet, p. 342. negligentia ac procacitas, p. 354.

Homerus cur cœcus factus, p. 209. dubium an cœcus fuerit, p. 210. an Hesiodus antiquior, p. 211. bello Trojano non coævus, p. 215. ejus scripta mutila, p. 213. sua scripsit ex Inspiratione, p. 218. ejus Auctoritas in Jure Civili, p. 220. divinis honoribus cultus, p. 219.
Hominis præ animalibus cæteris excellentia, p. 137.
Hoppii Israel zehenjähriges wiederwärtiges Glück der Lande Preussen / p. 98.
Hungarorum scribendi genus, p. 280.
Hyginus correctus, p. 152. 172.

I.

Jeremiæ Threni, p. 297.
Imagines extra speculum in aëre reflexæ, p. 231.
Indorum scriptio, p. 312.
Ingenia hominum ex scriptione cognoscenda, p. 262.
Johannis prima Epistola dedicatio Evangelii, p. 297.
Iphigenia ex votô Sacrificio oblata, p. 159. Helenæ filia, p. 170.
Italorum scribendi manus, p. 277.
Judæorum manus, p. 319. philothecæ, ib.
Juno sine congressu virili parit, p. 146.

K.

Kirchen-Historie/ Preußische & scripta huc pertinentia, p. 112.

Kirchen-Ordnung in Preussen/ p. 113.

L.

Landes-Ordnung von Preussen/ p. 114.
Land-Recht Preußisches/ p. 114.
Lapides, de lapidibus Prussicis Scriptores, p. 124.
Leander Albanus utrum male docuerit, p. 368. & ss. ejus fata in Galliâ, p. 336. Proscriptio, 370. quæ ejus doctrinæ, p. 371. 374.
Ledæ Historia, p. 149. 150.
Leibnitiana Explicatio mutationis barometri, p. 394.
Librorum varia fata qui consignarunt, p. 80.
Linda Mariana s. virgo Lindensis, p. 112.
Lindenblatts Joh. Chronicon Prussiæ, p. 92. 344.
Litteraria historia Prussiæ, & Scripta huc spectantia, p. 120.
Litterarum historia, p. 265. 268. 269. 287. quarundam singularis natura, p. 282. Obscuritates singulares, p. 275. 276. nimis crassæ, p. 264. nimis minutæ, p. 275.
Litteræ Commendatitiæ quid fuerint & scriptores de iisdem, p. 12.
Lucretia an casta, p. 129. quamdiu vixerit, ib.
Lutheri manus, p. 294. falso venditata, p. 299. vindicatio quorundam versuum ei malè tributorum. ib.
Lycophron correctus, p. 264.
Lydicii Jac. delineatio notitiæ ducatus Prussiæ p. 119.

M.

Magi sæpè fallunt, p. 230.
Mahometis manus fidæ, proverbia, testamentum, p. 306.
Malabar Casp de, p. 302.
Manus vid. Scribere.
Manus malæ descriptio, p. 256. 264. 272. 273. eruditi qualis esse debeat, p. 263. 271. Principum p. 264. ff. veterum, p. 266. 268. fœminarum doctarum, p. 287. ex manibus posse de scribentium vitiis judicari, p. 262. vitia quomodo cognosci possunt, p. 285 mutarum manuum damna, p. 264 265. quanti eruditarum manuum scripta facienda, p. 294. 295. ff. ex manu non cognita errores, p. 298. Judicium Arabum de manibus, p. 305. 308.
Manuscripta quomodo discernenda, Criteria, p. 2.
MSSta Chronica Prussiæ, judicium de iisdem & illorum nævi, p. 89. recensentur, p. 90.
Maronitarum Officium Paschale MStum, p. 303.
Mathematicorum manus, p. 265.
Medici errore in scribendô, ægrotus periit, p. 264.
Meienreis Andr. Annot. MSS. ad Hennebergeri Chronicon, p. 95. 103.
Menelai forma, p. 173.
Metallorum præcipitatio inidonea ad decidendam quæstionem: num pluviæ cadentes una cum aëre gravitent? p. 406.

Mi-

Miracula Prussiæ, Scriptores de iisdem, p. 112.
Monetæ à Wallenrodiô in Prussiâ signatæ, p. 338. 353.
Mortem violentam sæpè Viri probi obierunt, p. 373.
Mosis Mardeni Epistolæ, p. 300.

N.

Niphus Johannam Principem nudam describit, p. 239.
Nobilitas sæpè olim in dubium vocata, p. 15. 16.
Nominis abbreviatura suspecta, p. 48.
Nubes quantum de suâ gravitate inter cadendum deperdat, p. 404.
Nudas Deas pingebant gentiles, p. 154.
Nummorum litteræ, p. 266. 268. 282.
Nummi à Wallenrodiô in Prussiâ signati, p. 338. 353.
Nummi falsi Paduani dicti, p. 228.

O.

Obscœnitas in verbis inprimis in Philothecis vitanda, p. 79.
Oculi curâ nigri reddebantur, p. 249.
Officinæ librariæ Christianæ, Alexandrinæ & Romanæ, p. 285. 286. ff.
Ordinis Chronicon vulgò die grosse Ordens-Chronick von Preussen / p. 90.
Ordinis Teutonici Scriptores, p. 106.
Ordnungen unterschiedene in Preussen / p. 116. ff.
Orientales Libri, p. 307. ff.

Ornamenta librorum apud veteres, p. 28.

P.

Paridis forma, p. 175. ejus cum Oenone amores, p. 176.
Pedanteria quæ habeatur quæque sit, p. 261. ſſ.
Perfecti idea varia & erroribus gignendis apta, p. 135. 136.
Peregrinator doctus eruditos salutare debet, eorumque colloquiô frui, p. 59. 78. variis expositus est casibus, p. 65.
Persarum manus, p. 310. 311.
Petrarcha, de ejus quôdam Scriptô Judicium, p. 257.
Philander von Sittenwaldt / de eô judicia, p. 78.
Philotheca, p. 297. Judæorum, p. 319. unde derivetur, p. 4. ejus descriptio, p. 8. varia de Philothecis dabit tota Obs. 1.
Picturarum differentia, p. 262.
Pietisticum certamen in Philothecis observatum, p. 42.
Plantas Prussicas illustrantia varia Scripta, p. 124.
Pluviarum in descensu aëris levitas quærenda, p. 395.
Prætorii Math. Antiquit Prussicæ, p. 107. alia Scripta, p 111. MSStum Apologeticum pro Wallenrodiô, p. 329. opus Antiquitt. p. 374.
Pressiones fundorum in vasis fluido homogeneo sive heterogeneô plenis, in quanam ratione sint, p. 398. ut pressio superficiei terrestris invariata maneat, quomodo Atmosphæræ densitas variare possit, p. 400. 401.

Pro-

Proportio corporis regulis fallacibus innititur, p. 235.
Prussiæ veteris ruditas, p. 86. Prussicæ historiæ 3. Periodi, p. 88. rerum Prussicarum Scriptores, Obs. II. per tot. Autores qui hos Scriptores exparte recensuêre, p. 88.
Pulchritudinis effectus insignis, p. 199. Pulchritudines triginta, p. 250. Pulchrum non omnibus idem, p. 237. Pulchri vocabulo Homerus ad explendum versum utitur, p. 214. 222.

R.

Radewalts Joh. Preußische Chronica, p. 97. 356.
Ranis Ge. Chronicon Prussiæ, p. 100.
Reformationis tempore litteræ ac Studia exculta, p. 18.
Romove Quercus Gentilibus Prussis olim sacra, p. 125.
Rudavienſis Calix in sanguinem mutatus, p. 113.
Runau Dion. Historie des 13. jährigen Krieges in Preussen, p. 101.

S.

Salmasii litteræ prorsus singulares, p. 275.
Salomon Al. Saadi s. Negri Damascæni vita & Scripta, p. 301.
Samaritanæ litteræ malè ab Anglis editæ, p. 317.
Sanctarum imagines ad viventium formam expressæ, p. 226.
Sandrartus correctus, p. 223.
Scaligeri Jos. error, p. 275. nota in Silium, p. 298.

Schreiberi Mich. Orat. Apologet. MSS. pro Wallenrodiô, p. 330.
Schüzii Casp. Historia rerum Prussicarum, p. 101, 347. Panegyricus ob Privileg. Academ. p. 121.
Scribere malè, ostentationis causâ, p. 255. qui fiat quod malè scribant eruditi, p. 256. 259. 272. quæ manus ipsis commendanda, p. 260. eleganter pueri docendi sunt, p. 259. rectè instituti nunquam fœde Scribunt, p. 259. quibus scribendi Magistris utendum sit, p. 260. differentia malæ & probæ scriptionis, p. 262. ad Geometriam pertinet, p. 265. elegantis Scriptionis summa lex, p. 272. longas litteras scribere pulchrum, p. 264. sine manibus scribere, p. 277. Vorschrifften/ p. 270.
Scribæ celebres, p. 260. 269. eorum Societates in Gallia, p. 271.
Scriptionis errore Medici, ægrotus periit, p. 264.
Scriptura S. Laicis non legenda, p. 285. ff.
Severi Ordo baptismatis & Eucharistiæ Syr. p. 303.
Sinorum manus, p. 314.
Spurii plerumque pulchri, sed malis moribus, p. 148.
Stamm-Bücher unde ità dicantur, p. 7. 16.
Statua 4. Fratrum in Prussiâ, p. 126.
Stella Erasmus, de Pruss. Antiquitatibus, p. 99.
Stesichorus cur cœcus factus, p. 208.
Stuckii error notatus, p. 192.
Succinum de eô varia Scripta, p. 123.
Supercilia veterum non ad nostrum modum, p. 249.

Susanna Lucretiæ præferenda, p. 129.
Svecorum manus, p. 281.
Symbololotheca docta hactenus desiderata, p. 70.
Syrorum scriptio, p. 300. 301.

T.

Tabulæ Geographicæ Prussiæ, p. 126.
Talmud utrum in eô vestigia Philothecarum, p. 12.
Temperamentum æquale in Protoplastis, p. 135.
Theoclymenus Helenæ amator, p. 198.
Theseus Helenam rapuit, p. 166. ex quô gravida facta, p. 169.
Thonis Rex Ægyptus Amator Helenes, p. 194.
Threni Jeremiæ, p. 297.
Titulus: Nos Dei gratiâ, p. 348.
Tripus Delphicus antea fuit Helenæ, p. 182.
Trojanum bellum an fabula, p. 156. ejus veræ causæ, p. 161. historia admodum varia, p. 195. ſſ. plus quam 10. annos duravit, p. 180.
Troja Regio: in quâ urbs Ilium, p. 156. ejus fata, ib. ruinæ, p. 157.
Turcarum manus, p. 304.
Typographi errores, p. 283. 285.
Tyranni, de illis Scriptores, p. 358.

V.

Vagantes Scholastici vulgò die fahrende Schüler/p. 75.
Vapores quomodo in altô sustinentur, p. 407.
Velavienſia Pacta concernentia Scripta, p. 119.

Ve-

Venator Joh. Casp. vom Marianischen deutschen Ritter-Orden/ p. 106.
Virginis nomine etiam marita appellatur, p. 170.
Vitæ Eruditorum scribendæ, p. 297.
Vorschrifften Editorum quænam sint, p. 270.

W.

Wallenrod Conr. Tiber., cujus Vita recensetur, quique à Criminationibus liberatur per tot. Observ. V.
Wallenrod Ern. de, Apologiam MSStam pro Conr. Tib. de Wallenr. reliquit, p. 329.
Wasseilii Math. Chronicon Prussiæ, p. 103.

X.

Xeuxis pingit Helenam, p. 232.

Z.

Zaluski A. Chr. Epistolæ historico-familiares, p. 106.
Zamelii Fr. Notæ ad Stellæ Chronicon Prussiæ, p. 99.
Zeilleri Mart. Topographia Prussiæ ac Pomerelliæ, p. 103.

Corrigenda.

p. 285. lin. ult. lege A. Cal. pro A. Ch.
p. 321. lin. 5. lege melius.
---- lin. 15. lege facta pro tacta.
p. 330. lin. penult. lege: *Vir Summe Venerandus* non Virum summe venerandum.

)o(

ae & amicorum & familia-
olentiae fructus capiebat
si quis alius vnquam, vte-
gnis. Amicorum commo-
tissimus. Studiis intentus
s negligebat, & patrimo-
bellis aere alieno imminu-
is reliquerat, ipse à publi-
lucrosis auersus sua indu-
m satagebat. Honores pu-
&, nisi quod per plures an-
praefectus (g) fuit, officia,
capessiuit.

s studebant literis, habebat
ditionem minime vulgarem
ter quos praecipuus fuit
equestris ordinis vir, qui
ptiaco, Hebraeo & Graeco,
ortalem sibi famam compa-
ditissimus affinitate *Stanleio*
m eius vxorem habuit,) in
is a iuuenilibus annis semper
illi

in disticha redegisse stylo elegan-
Sed ea interiere, & forsitan
n prodire nunquam auctor vo-

le quo munere vid. Miegius im
ischen Staat P. I. cap. 38. p.